



AD
RUB




John Carter Brown.









K.




Imp.

Quin.

Tertia Ferdinãdi Cortesii Sac. Caesar. et Cath. Maiesta.

IN NOVA MARIS OCEANI HISPANIA GENERALIS præfecti p̄clara Narratio, In qua Celebris Ciuitatis Temixtitan expugnatio, aliarũq; Prouintiarũ, quę defecerant recuperatio continetur, In quarũ expugnatione, recuperationeq; Præfectus, una cum Hispanis Victorias ceterna memoria dignas consequutus est, præterea In ea Mare del Sur Cortesium detexisse recēset, quod nos Australe Indicũ Pelagus putam⁹, & alias innumeras Prouintias Aurisodinis, Vnionibus, Variisq; Gemmarum generibus refertas, Et postremo illis innotuisse in eis quoq; Arimatac ontineri, Per Doctore Petrum Saurognanũ Foroiuliensem Reueñ. in Christophatri dñi Io. de Reuelles Episcopi Viēensis Secretarium Ex Hispano ydiomate In Latinum Versa.



Beatissimo, ac Sanctissimo Clementi Septimo Sa-
 crofanctę Romanę, ac Vniuersalis Ecclesię
 Pon. Max. Doctor Petrus Sauorgna-
 nus deditis. seruus Post Beatorũ
 pedum humillima oscula
 Felicitatem



TA In rebus humanis compertũ esse cernimus
 Beatissime, ac Sanctissime Pater, vt presẽtia quo-
 damodo sordere uideantur, prisca uero tantum,
 & uetustiora in cælum usq; laudibus ferantur:
 Hinc Liberi patris, Hinc Herculis, Hinc Salo-
 monis, Hinc Antiquorum precipue Aegipti Re-
 gum celebrantur Gesta. Admirationi sunt Expeditiones maxi-
 me tam longinquæ, Hinc Alexander ille Macedo Magni for-
 titus est nomen, quoniam sine viribus magnis, laboribus ma-
 gnis, & Animo Magno talia perfici nequierint: Ceterũ si tem-
 porum nostrorum equi Iudices esse uelimus, inueniemus nostre
 Aetatis Gesta non inferiora, sed longe etiam admirabiliora esse,
 Quod uel Vnus nobis ostendit Ferdinandus Cortesius, Is siqui-
 dem nõ maximis, ut Prisci illi copiis, nõ Classe ingenti. Sed Na-
 uibus, ac militibus perpaucis ea permessus est equora, ad longin-
 quas profectus est Oras, & tam Celebrem, munitamq; & loci
 Natura, ac defensoribus Ciuitatem expugnauit, Vt non solum
 admirationi, sed etiam Miraculo esse possit, & debeat, Quanta
 uero Industria, Qua animi Magnitudine, Quo demum labore,
 & periculo tam Ingentia peregerit Facta, opereprætium haud
 est recensere, quum id manifesto ex hiis Narrationibus cõstet,
 Quapropter Ferdinãdus Cortesius æterna non minus, quã prisci
 illi dignus est memoria, meritoq; inter Magni nominis Viros con-
 numerãdº, Sed & Sere. Karolus. V. Ro. Electus Imperator sem-
 per Augustus, & Hyspaniarũ & cet. Rex Inuictus merito hanc ob
 rē Maximus habetur, q; eius Auspitiis, & Impendiis Alter reper-
 tus sit Orbis, Subactę tot Gentes, Deuicti rebellantes, Tam po-
 tens, tam munita, & Celebris, tot Prouintiarum, & nationũ Do-
 minatrix Ciuitas Temixtitan Vi expugnata, soloq; æquata, &
 tot Populi a Demoniorum cultu, ac nephando sacrificandorum
 Mortaliũ ritu prohibiti fuerint, & Aeterni Redemptoris Domini
 Nostri Iesu Christi in Ignotis antea regionibus celebrari, præ-
 aa ii

dicari, annunciarique contigerit: Equidem quum tanti Imperatoris Inuictum nomen per Vniuersum iam diffusum esset orbem, Potentiaque adeo longe, ac late se extendisset, ut iam in hoc nostro Continenti minime contineri posset, Necesse fuit alias antea ignotas indagare terras, quo tanti Imperatoris honor, Potentiaque latius clarescetet, Nec Deus Opt. Max. ceptis tam mirandis defuit, Sed nouas, & omnibus seculis haecenus ignotas patefecit Oras, Vt quemadmodum ante ingens illius in omnes Fines cognotas se extendisset Gloria, Ita etiam per ultimum Occidentem ad populos Eoos, & per ultimum Orientis Solis peragraret terminum, Quod equidem precipuum Inditium est, Serenitatem suam Deo Immortali cordi esse, sine cuius Auspitiis, & Gratia res tam admirandae vix cogitari, ne dum peragi potuissent, Unde certissima spes est eum a Deo Imperatorem esse Electum, ut eo duce mortalibus hac deprauata, ac lutea aetate mundo caelestes vires suas ostendat, Addidit etiam Deus Optimus, Maximus labenti Christianae Reip. Religioni; Beati, Vetus tutum praesidium, & Leuamen, ut Vnanimis Immanissimum Turcharum Tyrannum ouium Vobis commissarum Ceruicibus seuisime imminentem, ac reliquos Veram Christianae Fidei hostes feliciter deuincatis, prosternatisque, & pacem, ac aurea Illa Saecula a vobis geminis Christianorum luminibus diu expectata aliquando miseris mortalibus impartiamini, Quod quidem non tam Iucundum, quam admodum esset necessarium, ut a tot cedibus, bellis, & Erumnis Mundus cessare, & in Sacrosancta pace quiescere posset, Deus Omnipotens Christianae Reip. Beat. Vetus diu Incolumem seruet, Ex Norimberga Die Vltima Martii, M.D. XXIII.

Eiusdem Doctoris Petri Sauro
gnani ad lectorem,
Carmen.

Durior Ista Phrasis, (fateor) stilus Vndique non est
Narranti Similis aspera multa ciens,
Sed Quisnam Domini monitis obsistere posset,
Mandantis Verbo reddere Verba suo,
At mihi si faueat Numen, si vita manebit,
Omnia erunt studio condecoranda nouo,
Interea Excipias Angusto haec Tempore scripta,
Si non Facunda, at Fortia Gesta leges.

ARGVMENTVM.



FERDINANDVS CORTESIVS NATI-
 one Hyspanus, Sacratissimi, ac potentissimi Karo-
 li Quinti Electi Romanorū Imperatoris, & Hy-
 spaniarū &c, Regis, in Noua Maris Oceani Hy-
 spania præfectus Illatas sibi ab Incolis Temixti-
 ran, & aliarū prouintiarū, ut magnanimi viri mos
 est, Iniurias vlcisci desiderans, a Finium Securitate quadraginta
 comitantibus equitibus, & quingentis ac quinquaginta peditib⁹,
 Nouēq; campestribus tormentis, vnanimi omnium, aut mori, aut
 victoria potiri cōsensu decimaquinta Decembris discessit Ciuitatē
 Tesayco versus, post ardua, & difficilia maximo labore superata
 montiū iuga, in hostilis patriæ planitiē descendit, Obuii fiunt ho-
 stes, quos fundit, multosq; neci dat, Tesayco Ciuitate egregia, &
 eleganti potitur, & illius Incolæ, vna cum domino, & eorū bonis
 ad Ciuitatē Temixtitan confugiūt, Ciuitatem Iztapalapā capit,
 diripit, comburitq; Incolæ Ciuitatis Otumba, & aliarū quatuor
 Ciuitatū Sacræ Cæsareæ Maiestati deditionē faciunt, & Cortesii
 mandata capescūt, Potitur & Condisaluuus e Sandoual a Cortesio
 missus prouintia Calco, Fratrem Domini ciuitatis Tesayco, qui Bap-
 tistina Christi susceperat, & don Ferdinandus nominabat, vna-
 nimi Incolarū consensu Ciuitati, & vniuersæ prouintia Aculuacā
 præfecit, Applicuit Ciuitati Veræ Crucis Interim Navis aliqui-
 bus equitibus, & peditibus in subsidium Cortesio, quorum ad-
 uentu plurimū lætat exercitus, Condisaluo e Sandoual Negotiū
 dat ad Bergantinos a prouintia Tascaltecal ad Ciuitatē Tesayco
 conducēdos, quos miro ingenio, ordine, & celeritate adducēdos
 curauit, Narratur a Cortesio modus, quo Hyspani qdā ab Indis
 fuerint interfecti, & Idolis in victimas dati, Comitibus Hyspa-
 nis, & triginta milib⁹ Indorū plures Colonias, & urbes lacu proxi-
 mas diripit, & cōburit, & ad ciuitatē Temixtitā puenit, colloquiū
 cū hostibus habet, an deditionē facere velint tēprat, Quib⁹ dedi-
 tionē facere nolentibus, Tesayco reuertitur, Condisaluum e Sando-
 ual ad prouintia Calco mittit cōtra hostes e Culua, eorū castris po-
 titur, & Colonias ui capit, & igne consumit, perlustrat lacus litto-
 ra Cortesius, & ciuitates, & colonias iuxta illū sitas, qbus ad cin-
 gendā obsidione celebrē Ciuitatē præsidia locari possunt, ex qbus
 aliquas cōburit, ab hyspanis in Chināta morātib⁹ litteras recipit
 Cortesius, & quid actū sit intelligit, perfectis Bergātinis, Incolas
 e Tascaltecal, Guaxacingo, & Churultecal in armis esse iubet, ut
 Ciuitas Temixtitā Terra, Lacuq; obsidione præmatur. Tres creat
 Præfectos, q tribus præsint castris, seu Stationib⁹, Magnanimus


aut Cortesius Bergatinos ascendit, partitus tñ prius Indos Hispanis amicos in tres illas stationes, Quib⁹ cōstitutis Cortesius Bergatinos ascendit, innumeram hostiū Canoarū multitudinem fugat, & aquis mergit, plurima intercedūt inter hispanos, & Indos certamina, omnes circūuicinas Ciuitates, & Colonias, aut capit, aut comburit, & maiorem Ciuitatis portionem occupat, pontes, & loca ubi aqua uersari solebat, ut pedites, & equites tuto ire, & redire possint, opplet, & semper victoria potiuntur hispani, Vna tamen luce, Fato nescit quo maligniore, non oppletos victoria elati hispani pontes transiliere, quo errore Hispani plures desiderati, plurimi vulnerati, & aliqui in captiuitatē ducti sunt, & ab Indis Diis suis sacrificati, Inuictō tamen animo Cortesius ea profligatōne nō cōsternatus acrius obsidioni instat, & Andrea de Tapia destinat ad debellandā pūntiā Marinalco, Chichimecatecle ducis Incolarū e Tascaltecal egregiū narrat facinus, Otumientiū precibus victus ad debellandā prouintiā Maralcingo Condisalū e Sandoual Maiorē Executorē ire iubet, qui felicissime pugnans victoria potitur, & domini illius vna cū prouintia Marinalco, & Guyscon Sacræ Cæsareæ & Cath, Maietatī se subdunt, Et hostes eruptione facta stationes Petri de Aluarado nocte aggrediūtur, & strenue repellūtur, Pluries colloquiū habet cum Incolis Ciuitatis Cortesius, & nunq̄ modus concordie inueniri potuit, Tandem ferro, igneq̄ res agitur, Ultra centū millia hostiū cēduntur, anteq̄ Ciuitate potiatur Cortesius, & capto Domino ciuitatis vna cum aliquibus e primatibus, Ciuitate (pro maiori parte solo equata) potitur, prædam ingentem diuidunt Hispani, & quædam ex plumis, mira arte, ingenioq̄ contexta non partiuntur, Sed Sacræ Cæsareæ, & Cat. Maiestati donantur, Quorū aliqua vniuersi fere Germaniæ principes, apud Sereniss: Ferdinandū Hispaniarum prin. & Archiducē Austriæ ac Sacri Romani Imperii locūtenentē Generalē Virtutū oīum, & Ingenuitatis Vberimū Fontē nō sine admiratione cōspexere, capta Ciuitate plures Prouintia obedientiā præstāt, & ad reliquas rebelles subigēdas, partiz aurifodinis, & Gemmis, partim Aromatibus affluentib⁹ potitur, Tres in illis Regionibus Nouas Hispanorū locat Colonias, Mare del Sur, quod Australe Indicū pelagus putamus Duobus in locis detegūt, & ad ulteriora perscrutanda Naues duas, Quas Hispani Carauellas vocant, & Bergatinos duos conficiendos curat Cortesius. Videbis Præterea plura lector optime, quæ te mirifice delectabunt, Et demum quanta Hispana sit Virtus intueberis.

Iannis Alexandri Brassicani Leg. Do-
ctoris, Poetae ac Orato. a Cæ.
Laureati Epigramma.

Iussit Anaxagoras permultos quærere Mundos
Pellei quondam Martia corda Regis.
Vere equidem, quoniam Ignoti sunt undique Mundi,
Atq; Orbes claudit plurima terra Nouos,
Magnus Alexander Mundo est tantum Inclytus Vno,
Namq; Animi attentis lumina nulla habuit.
Karolus insano hoc quantum est felicior acri
Nempe oculo mentis Regna subinde ferens,
Ecce nouum Mundum, quem nunc Cortesius Heros
Repperit, Hispano nomine Præcipuum,
Ecce hominis quantum indefessa Industria possit,
Cæsaris innumeris Regna iuuare plagis,
Solut Anaxagoram Cortesius intellexit,
Illius Ignotos quando ita quærit Agros:

S.

Norimbergæ, Anno a Nato Iesu,
M, D, XXIII,



I
INCIPIT TERTIA FERDI
NANDI CORTESII NAR
RATIO.



Alphonso de Mendoza oriundo e Me
delin, quem ab ista Noua Hyspania
quinta Martii, præteriti Anni Mille
simi quingētesimi uigesimi primi expe
diui, Relationē Maie, Vestre perferēdā
tradidi de omnibus, quę in ea successer
ant, quam perfeceram tricesima Octobris Anni Mille simi uige
simi, Et quia tempus non erat secundum, & etiā naues tres nau
fragium passę erant, quas habebam, vna ut Maieitati Vestre di
ctam relationem trāsmitterem, reliquas vero mitterem ad addu
cendū præsidium ab Insula Hyspana, Dicti Alphonso de Men
doza discessus diu prorogatus est, quemadmodū etiam latius eo
dem Maieitati Vestre significauī, Et in calce dictę relationis Ma
iestatem Vestrā certiozem feci, q̄ postq̄ Indi incolę celebris ciui
tatis Temixtitan vi nos ab ea expulerāt, eiecerantq̄, castra mo
ueram contra Prouintiam Tepeaca, quę illis subiiciebatur. & a
Maiestate Vestra defecerat, & Hyspanis, qui supererāt comitan
tibus, & Indis nobis amicis eis bellum moueram, & eos seruicio
Maiestatis Vestre submiseram, & etiam cum proditio transacta,
maximum damnū, & illa Hyspanorū tam recens oppressio, nos
stris cordibus insedisset, cōstitueram aggredi illos e dicta celebri
ciuitate, qui fuerant tantę cladis auctores, & ad hoc incipiebam
pręparare tredecim Bergātinis, ut illis per Lacum possem dictę
ciuitati omne possibile damnū inferre, si ipsi persisterēt in eorum
malo animo, Et scripsi Maieitati Vestre, dum dicti Bergātini fa
bricarentur, & dum ego, & Indi nobis amici pręparabamus eos
aggredi, mittebā ad Insulam Hyspanā ad adducendum in nos
strum subsidium viros, equos, tormenta, & arma, & ad hoc scribe
bam officialibus Maiestatis Vestre, qui in ea resident, & trāsmi
tebam pecunias pro omni sumptu, & expensis ad dictū præsidii
um conducentibus, & etiam significauī Maieitati Vestre, q̄ do
nec consequerer victoriam contra hostes, non cogitabam quiesce
re, nec volebam cessare, & ad hoc adhibere omnem possibile dili
gētiam, posthabitis omnibus periculis, laboribus, & sumptibus
qui euenire possent, & ea sententia parabam me, vt discederem a
dicta Prouintia Tepeaca,

Nota tres nau
es Cortesij
naufragium
fecisse.

Nota causas
q̄ mouēt Hy
spanos contra
incolas e Lu
lus.

Nota Cortes
ij intentionē
et animum.

*Mota in flu-
mine Panu-
co profligatas
esse duas na-
ues Francisci
de Garay.*

*Subducit na-
uem prefectus
Francisci de
Garay.*

*Constituit mo-
rarium pre-
fecto Cortesio
classis Fran-
cisci de garay.*



Imiliter significauit Maiestati Vestra, qualiter portui ciuitatis Verae Crucis applicuerat Nauis Francisci de Garay Locumtenentis, & gubernatoris Insule Iama yca cum maxima rerum penuria. qua uehebantur forte triginta viri. & retulerant alias duas Naues ventis uela dedisse, ut proficeretur ad fluuium Panuco, ubi profligarant prefectum quendam Francisci de Garay, & timebamus si eo peruenirent, essent accepturi aliquid incommodi ab Accolis dicti fluuii. Et similiter Maiestati vestrae significaueram me illico subsequi iussisse Nauem, ut eas quaereret, & praeterea eisdem nunciaret, Et postquam ea scripsi, Deo placuit, quod una ex dictis nauibus peruenit ad dictam ciuitatem Verae Crucis, qua uehebantur forte centum & viginti milites, & factus fui certior, prefectum illum Francisci de Garay, qui primo aduenerat profligatum fuisse, & allocuti sunt prefectum eundem, qui interfuerat cladi, & illum monui, si illuc irent, non poterat esse sine magna sui clade, & damno, & dum essent in portu certa sententia eundi ad dictum flumen, coepit tempestas acri vento comitata, & rudentibus fractis, nauem exire coegit, & portum coepit in superiori littore per leucas duodecim a dicta ciuitate Verae Crucis ad portum Sancti Iuan, & cum e nauibus descendissent, octo equis, & totidem equabus, quas adducebant, subduxerunt nauem, quia nimium imbrem accipiebat, & quam primum hoc audiui, ad eorum prefectum literas dedi, quibus significabam me admodum moleste tulisse mala, quae eidem euenerant, & qualiter iam commiseram Locumtenenti meo in ciuitate Verae Crucis relicto, ut ipsi, & hominibus, quos adduxerat, se benignum exhiberet, & eis impartiret omnia necessaria, & circumspiceret quid constituere vellet, & si omnes, aut aliqui eorum vellent reuerti in naues, quae ibi erant, ut auxilio tutos dimitteret, opibusque iuualet, Dictus autem prefectus, & illi, qui secum erant, constituerunt remanere, & ad me profecti sunt, Et de alia Naui nil ad nos allatum est haecenus, & cum hoc tam diu sit, multum dubitamus de illius salute, Deus velit, ut incolumis euaserit,



VM constituissim discedere a prouintia Tepeacha mihi allatum est, duas prouintias, quae appellantur Cecatami, & Xalacingo, quae subiiciuntur domino e Temxtitan, defecisse. Et cum ad has partes a ciuitate Verae Crucis sit transitus, in illa aliquos Hispanos

II

neci dederant, & incolæ defecerāt, & pessimæ erant intentionis, Et ut tutum esset per eam iter, & eos aliquantulum punirem, nisi vellent mecū pacifice agere, vnū ex præfectis, cum viginti Equitibus, & ducētis pedib⁹ expediui, vna cū Indis nobis amicis, Cui Maiestatis vestræ nomine seriose iniunxi, ut moneret dictarum prouintiarum Incolas, vt se concorditer in Maiestatis vestræ Vasallos subderent, quemadmodum alias fecerant, & ad hoc omnem possibilem industriā adhiberet, Et si illum pacifice excipere nollent, eis bellum inferret, & eo perfecto. & captis dictis duabus Prouintiis, cum uniuersis militibus reuerteretur ad ciuitatem Tascaltecal. ubi ipsum præstolarer, & sic initio Mēsis Decembris Anno Millesimo quingētesimo vigesimo profectus est, secutus iter suum ad iam dictas prouintias, quæ distant ab eo loco per leucas viginti,

*Nota corthē
circumspectio
nē in purgan-
dis 7 paccan-
dis prouintijs*

DIS perfectis, potentissime domine, medio Mense Decembris dicti Anni, discessi a ciuitate finium Securitatibus, quæ continetur in Prouintia Tepeaca, In eadē præfectum dimisi cum sexaginta militibus, quoniā ut eos ibi relinquerem, illius habitatores, enixis precibus contenderūt, Et pedites omnes, ire iussi ad ciuitatem Tascaltecal, vbi Bergātinini construebantur, quæ abest a prouintia Tepeaca per nouē, aut decem leucas, Ego autē, ea nocte profectus sum dormitum ad ciuitatem nomine Chulula, quia eius habitatores, aduentum meum maxime desiderabant, morbo enim Variolarum, qui etiam Incolas harum Prouintiarum (quemadmodum reliquarum Insularum) corripit, Plures illius Domini, ab humanis exēpti fuerant, Et optabant, q̄ per me, & suum consiliū & meum, alii in demortuorū locū sufficerentur, Et cū eo peruenissem⁹, optime fuimus recepti, & eo, qđ supra dixim⁹, confecto negotio, & postq̄ eorum morem gesseram voluntati, eisdem significauī, iter meum esse, ut bellum inferre prouintiis Mexico, & Temixtitan, eos rogatos volui, cum essent Maiestatis Vestræ Vasalli, ipsi modis omnibus studere deberēt, amicitiam nobiscum manutenere, & nos alios idem facere decebat, dum vita maneret, & dum bellum cum supradictis eram habiturus, mihi viris auxilio esse deberēt, & cum Hyspanis, quos mitterē in eorū prouintiā, & qui in ea degerent, ita agerent, quemadmodum amici cum amicis agere tenentur, Et promissione ab eis habita, se ita facturos. post biduum, aut triduū ab ea discessi Tascaltecal versus, quæ sex leu-

*Describit tem-
p⁹ sui discess⁹
a Ciuitate fi-
nium Securi-
tatis.*

*Verba Corthē
sij ad domos
e Tascaltecal
a quibus auxi-
lium petir con-
hostes e calua*

Aduenit Cortesius a ciuitate Tescaltecal ubi Hispanos conuenisse inuenit.

carum spatio abest, & cum eo peruenissem, comperi omnes Hispanos adesse, vna cum dictæ Ciuitatis Incolis, qui meo aduentu maxime lætati sunt, Sequenti uero die, vniuersi domini præfatæ Ciuitatis, & Prouintiæ, me ut alloquerentur cōuenere, & mihi significarunt Magiscacin, qui primus habebat inter reliquos dictæ Prouintiæ Dominos, vitam cum morte cōmutasse, morbo illo Variolarum, & optime cognoscebant, me mortem illius egrelaturum, cum tanta mecum iunctus esset amicitia, tamen eidem superstitem reliquisse filium suum, ætatis duodecim annorum, & eidem paternum Dominium pertinere, & me enixe rogabant, ut eum, veluti hæredem, Dominū cōstituerem, & ipse Sacræ Maiestatis Vestræ nomine, eorum votis obtemperavi, qua ex re, plurimum voluptatis adepti sunt,



Res & necessaria pro Bergantinis parat Cortesius.

Vm peruenisset ad hanc Ciuitatem, comperi Bergantinorum Magistros, & Fabros lignarios, multum preparare in perficiendis cōpagibus, tabulisq; pro eisdem, & opus cōueniens peregrisse, Et illico a Ciuitate Veræ Crucis, ferrum & clauos, quos ibi habebā, vela, rudentes, & alia necessaria ad eos perficiendos adduci curavi. Et quia picem non habebam, eam per Hispanos quosdā, in alto Monte ibi propinquo, colligendam curavi, ut omnia præparamēta, ad dictos Bergantinos perficiendos præsto esse possent, Vt postq; Diuino auxilio essem in Prouintiis Mexico, & Temixtitan, possem curare eos adducendos, quia hæc Prouintiæ absunt per decem, aut duodecim leucas a Ciuitate Tescaltecal, Et illis diebus quindecim, quibus ibi fuimus, negotiis aliis non incubui, sed solum diligentiam adhibui circa dictorum Bergantinorum Magistros, & paranda arma, & ordinem ponendum circa iter nostrum,



Reuertitur præfectus cū victoria quæ Cortesius destinauerat ad expugnandas quasdā Prouintias

VOBVS cōtinuis diebus ante Natiuitatem Domini, Reuersus est Præfectus, cum peditibus, & equitibus, qui profecti fuerant ad prouintias Zatami & Xalacingo, & intellexi aliquos ex dictis Incolis, cū eis pugnasse, & deniq; aliquos ex eis sponte, aliquos vero vi ad concordiam venisse, Et adduxerunt mihi aliquos illarum Prouintiarum Proceres, quibus, non obstante, q̄ maxima essent digni animaduersione, propter eorum defectionē, & Christianorum mortem, quia mihi fidem astrinxerunt, se post hac futuros, optimos & fideles, Maiestatis Vestræ Vasallos, Ego sub Regalis Maiestatis nomi-

III

ne peperi, & ut in patriam reuenteretur dimisi, & ita conclusimus eo die, quod redundauit in maximam Maiestatis Vestrae seruitium tam propter pacationem Incolarum iam dictarum Prouintiarum, quam securitatem Hispanorum, qui erant ituri, & reuersuri per dictas Prouintias a Ciuitate Verae Crucis,

Dimittit Indos Cortesius ut domum suam reuertantur.

SECUNDA die Natiuitatis in dicta Ciuitate Tascaltecal. milites omnes recensui, & inueni equites quadraginta, pedites quingentos quinquaginta, ex quibus, erant octuaginta Balistis, & pixidibus videntes, & habuimus octo, aut nouem tormenta Castris commoda, & modicum pulueris. Et partitus equites in quatuor turmas, quarum quaelibet decem habebat equites, & pedibus nouem praefectos praeposui, & cuilibet illorum sexaginta pedites ascripsi, & omnes insimul sum allocutus, & illis commemorauit, qualiter ego, & ipsi omnes, ut Maiestati Vestrae inseruiremus, has prouintias habitandas suscepimus, & sciebant omnes Incolas illarum Prouintiarum, se in Maiestatis Vestrae Vasallos subiecisse, & Vasalli aliquamdiu perseuerauerant, reciproce bona opera inter nos exercendo, & qualiter Incolae Culua, qui sunt habitatores celeberrimae Ciuitatis Temixtitan, & omnes Incolae reliquarum Prouintiarum eidem subiectarum, sine aliqua causa, non solum defecerant a Maiestate Vestra, Sed etiam multos nobis amicos, & consanguineos interemerant, & nos eiecerant ab vniuersa sua Prouintia, Recordarenturque, quot pericula, & labores perpeffi fuissent, & circumspicerent, quantum ad rem Dei omnipotentis, & Maiestatis Vestrae faceret, si denuo amissa recuperaremus, maxime, cum ad hoc iusta moueremur ratione, quia Bella gerebamus ad incrementum Sacrosactae fidei nostrae, & in homines Barbaros, & Maiestatis Vestrae commodum, & pro tutela corporum nostrorum, Postremo quia plurimi ex Incolis dictarum Prouintiarum nobis amici, ceptis nostris fauebant, qui corda nostra ardentiora reddere debebant, Qua propter eos rogatos volebam, ut maestum mitterent timorem, & vires reassumerent, & quoniam ipse quosdam ordines Maiestatis Vestrae nomine constitueram, & ad Bellum futurum concernentia, ea apperiri, & publicari curauit, Similiter eos rogatos volebam, ut ea obseruarent & adimplerent, quoniam inde plurimum seruitii DEO OPT. MAX. & Maiestati Vestrae emanaret, Et vnanimes polliciti sunt, se ita facturos, & executioni demandaturos, & lubenti animo pro Sacrosancta nostra fide, &

Partitur milites Cortesius in quatuor turmas.

Oratio Cortesii ad milites quos hortatur contra hostes.

Publicari mandat Cortesius mandata quaedam ad bellum pertinentia.

Mota animū
deliberatum
Hyspanorum
aut mori aut
amissa recupe-
rare.

Verba Corte
sij ad dños e
Tascaltecal.

Responsio do-
minoz a Tasc-
caltecal de aux-
ilio ferēdo cor-
tesio cōtra hos-
tes e Culua.

Mota hostiū
e culua & Te-
mixtitan belli
apparātū con-
tra hyspanos.

Maiestatis Vestrae seruitio mori volebant, aut amissa recupera-
re, & vlcisci proditionem ab Incolis e Temixtitan, & eorū con-
foederatis, contra nos perpetratam. Et ego Maiestatis Vestrae
nomine, eisdem Gratias egi immortales, & eo pacto, maxima
exultatione & lætitia ad Hospitia nostra reuersi fuimus.



SEQUENTI vero die, qui fuit dies Sancti Ioannis
Euangelistae, omnes Dominos Prouintiae Tascaltecal
conuenire iussi, & postq̄ conuenerant, eisdem aperui
qualiter iam optime cognoscebant, me sequenti die Castra mo-
tuum contra Hostes, & eorum Prouintiam ingressurum, & o-
ptime prospiciebant, Ciuitatem Temixtitan expugnari non pos-
se sine illis Bergantinis, quos ibi fabricandos curabam, prop-
tera ab eis petebam, q̄ tam Fabris lignariis. q̄ Hyspanis, quos
ibi dimitebam, omnia necessaria impartirentur, eoq̄ modo cū
eis agerent, quo nobiscum eousq̄ egerant. & essent parati, quā-
do a ciuitate Tesayco (si omnipotens deus nos Victoria poti-
ri concederet) mitterem pro Compagibus, Tabulis, ceterisq̄ or-
namentis dictis Bergantinis pertinentibus, Et ipsi polliciti sūt
se ita facturos, & similiter dixere, velle eo tunc milites destina-
re mecum, & quando adducerentur Bergantini, ipsi met Domi-
ni volebant in Castra contra Hostes, cum omnibus viribus su-
arum Prouintiarum, & mori. vbi me mori contingeret, aut vin-
dictam sumere contra eos e Culua, acerrimos eorum Hostes,
& alio die, XXVIII Decembris, qui fuit dies Innocentium
composito agmine discessi, & iuimus dormitum per Leucas sex
a ciuitate Tascaltecal, ad Coloniam quandam Tezmoluca no-
mine, quae subiacet Prouintiae Guaxacingo, cuius Incolae sem-
per habuerūt, & habent nobiscum eandem amicitiam, & foedus,
quod habent Incolae e Tascaltecal, & ibi quieti nos dedimus
ea nocte.



LIA RELATIONE Catholice Rex, Maie-
stati Vestrae significauit, Incolas e Mexico & Te-
mixtitan, arma plurima congerere. & in omnib⁹
suis Prouintiis. innumeras fossas excuabant,
& aggeres, aliaq̄ defensionum genera. quo no-
bis obsistere, & obesse possent. preparabant. Quoniam illi iam
cognouerant. me contra eos Castra motuum. Et cum hoc prę-
scissem, & cognoscerem, quantum acuti & audaces essent ad res

IIII

bellicas, multoties mente reuolueram, qua Prouintia ingredi possemus, ut aliqua ex parte incautos offenderemus, & ipsi optime sciebant, nos triplicem in prouintiam suam ingressum cognoscere, & illorum notitiam habere, Constitui ingredi itinere hoc Tescmolucan. quia cum illius aditus sit Asperior, & magis saxis refertus, quæ sint aliorum ingressuum cacumina, arbitrabar eos nobis minus obstaturos, & in eo custodiendo, non tantum inuigilarent, Sequenti vero die, post missarum solennia, nos DEO. OPT. MAX. commendauimus, & a dicta Colonia Tescmoluca discessimus, & ego frontem occupauit, cum decem Equitibus, & sexaginta peditibus leuibus, & Bello aptis, Et cœpimus inceperunt iter, proximū Montem ascendendo, omni ordine & apparatu nobis possibili, & profecti fuimus dormitū per Leucas quatuor a dicta Colonia in cacumine Montis, ubi sunt confinia eorum e Culua, & quāuis maximi essent algores, plurimis lignis (quorum ibi maxima est copia) ea Noctæ frigora expulimus, Sequenti die Dominico summo mane, cœpimus iter nostrum proseguere per planitiē ipsius faucis, & destinaui quatuor Equites, & tres aut quatuor pedites, ut Prouintiam lustrarent, & sequentes iter nostrum, cœpimus descendere Montē, & ego iussi Equites præire. & post eos immediate Pixidibus & Balistis fulcitos milites, & reliquos suo ordine subsequi, ut facilius Hostes incautos offenderemus. illos tamē nobiscum congressuros cogitabam, cū certe Hostes nobis insidias aliquas, aut Stratagemata parauisse cogitarem, ut nobis obesse possent, Et dum quatuor Equites, & quatuor Pedites ulterius procederent, inuenerunt iter obstrusum arboribus, ramisq; & plures, & magnas incisas, atq; in eo transuersas Pinus, & Cupressos offenderunt, quæ videbantur eo instanti incisæ, & arbitantes sequens iter non fore impeditum, profecti sunt inceptum iter, & quanto plus procedebant, tanto magis Pinis, & ramis obstrusum illud comperiebāt. Etcum uniuersum cacumen esset arboribus crebris. & Sepibus maximis refertum, magna cum difficultate procedebant, & videntes illud iter multum eis attulit timoris, & arbitrabantur, post quamlibet Arborem Hostes latere, & etiam, quia ob incisarum arborū impedimentum Equis uti non potuissent, & quanto plus progrediebantur, tanto plus pavor augebatur, & cum eo pacto aliquamdiu processissent, Equitum vnus, reliquos alloquutus est, Fratres. si vobis rectum iustumq; videtur, ulterius non progrediamur, Sed pedem referamus, & nunciemus Præfecto nostro

*Cogitat Cœptus
refertus qua prouintia
hostiū loca ingrediat*

Nota in illis partibus esse maxima frigora quæ tamen esse non deberent cū ea loca sint sub tropico Cancrici.

Difficillimū inueniant iter Hispani & cū pressis varijs q; alijs incisiss arboribus obstrusum.

Consiliū inter
p̄euntes an
progređiant
vel reuertātur

Deueniūt Hy
spani ad plani
tiem superato
malo itinere.

Constituunt
Hyspani nūq̄
discedere a pro
uincia Zulua
sine victoria.

Opponunt se
Hyspanis In
di aliquibus
turmis.

impedimentum quod offendimus, & periculum quod subimus, cum equis vti non possimus, Sin minus, progrediamur, quia uita mea est morti obnoxia, quemadmodum ceterorum omnium, donec huic cepto finem imponamus, Reliqui responderūt, optimum esse eius Consilium, Sed illis bene non videri. reuerti ante q̄ aliquem ex Hostibus conspicerēt, aut scirent, quousq̄ iter progredieretur, Et subsequi cœpere, Et cum viderent, dictum iter longius progredi, substiterē, & peditem mihi ea, quę inuenerant nunciatum destinarunt, Et cum collocassem me in fronte cum equitibus, commendauimus nos Deo omnipotenti, eo malo itinere ulterius progressi fuimus, & nuntiandū cōmisi illis, qui postremo sequebātur agmine, ut properareēt, quoniā cito perueniremus in planitiem, & q̄ primū inueni quatuor illos equites, cœpimus progredi, multo tamen impedimento, & difficultate, & per medię Leucę spatium, Deo Opt. Max. placuit, ut descenderem in planitiem, & eo loci constiti. ut reliquos expectarem, quibus, postq̄ aduenerant, Gratiarū omnipotēti agerent nuntiaui, q̄ eousq̄ nos incolumes peruenire permisisset, vnde videre cœpimus omnem prouintiam Mexico, & Temixtitan, quę sunt in Lacubus. & circum ipsos, quamuis maxima exultatione eas aspiceremus, considerātes damnum pręteritum, quod die ea perpeffi fueramus. aliquid mœstitię nobis attulit, & omnes vnanimē polliciti sumus. nūq̄ ab ea sine Victoriā exire, aut ibi uitā cū morte cōmutare, Et hac sententiā, omnes adeo læti procedebamus, nō aliter, q̄ si proficisceremur ad rem aliquā voluptuosam, Et quam primum Hostes nos audiuerē, Cœpere per omnē Prouintiam illico maximos suscitare fumos, Et denuo Hyspanos pręcatus sum, in futurū agerent, quemadmodum prius egerant, & sperabam eos facturos, & nullus ab agmine discederet, & omnia optimo ordine procederent in itinere, Et iam Indi incipiebant clamare ex aliquibus habitationib⁹, & pagis paruis, significando Incolis. ut in vnum conuenirēt, ut nobis obessent in quibusdā pontibus & angustis itineribus, quę ibi erāt, Tamen nos alii tantū accelerauimus, q̄ anteq̄ ipsi conuenirent, perueneramus iam ad planitiem. Et cum egredieremur, opposuerunt se nobis aliqua Indorum turmę, Ego vero, Iussi quindecim equites irruere, & re ipsa irruerunt vulnerādo, & absq̄ lesiōe aliqua nonnullos ex eis interfecere, & cœpimus prosequi incēptum iter Ciuitatē Thestayco versus quę est ex maiorib⁹ & elegantioribus, quę sit in ōnibus istis Prouitiis q̄uis omnes alię sint pulcherrime

V

& cū pedites aliquātulū itineris labore p̄merent. & nox iā ap-
propinquaret. dormiuimus in colonia nūcupata Coatebeq. que
subiacet dictæ Ciuitati Tesayco, & abest ab ea triū leucarā spa-
cio, eam vacuam inuenimus ea nocte, arbitrati fuimus. q̄ cū hęc
Ciuitas, & illius Prouintia, quæ Aculuacan dicitur, sit maxima,
& tot hominibns referta, & possumus optime credere, q̄ eo tem-
pore eidem inerāt Centum & quinquaginta milia hominū, nos
aggredi vellent, Ipse decem equitibus fui In primis excubiis, &
milites omnes paratos esse iussi, Sequenti die Lunæ, vltima De-
cembris, profecuti fuimus iter nostrum ordine solito, & per inter-
uallum quartæ Leucæ, a dicta Colonia Coatebeque, dum
perplexi iremus, & colloqueremur, an pacifice nos exciperent.
aut bello decertarent, & pro certo eos nobiscum congressuros ar-
bitraremur, nobis obuui facti sunt quatuor Indi ex Primatibus,
Vexillo aureo in virga, p̄deris quatuor Marcarū auri, & eo Ve-
xillo significabāt eos pacifice ad nos accedere, quā (Deus testis
est) quantū desiderabamus, & etiam quātum ea indigebamus, cū
essemus a deo pauci numero, & penitus diuisi ab omni subsidio,
& inter Hostes constituti, & conspectis illis quatuor Indis, inter
quos erat vnus, cuius notitiam habebam, Iussi milites omnes
subsistere, & ad eos sum profectus, & facta salutatione, retulere,
se nomine Domini illius Ciuitatis aduentasse, & Prouintia Gu-
nacacin nuncupati, & suo Nomine supplices rogabāt, non infer-
rem, nec inferri paterer damnum aliquod in sua Prouintia, quia
damna, quæ nos passi eramus, illis e Temixtitan ascribi deberēt
non illis, Et ipsi desiderabant esse Vasalli Vestræ Maiestatis, &
amicitia nostra coniungi, & infuturum semper essent obseruaturi
nostram amicitiam. & Ciuitatem ingrederemur, & ex eorū ope-
ribus cognosceremus, quam mentem haberent, Ego vero adhi-
bitis interpretibus respondi, eorum aduentum mihi cordi fuisse,
& maxime letabar eorū pace, & amicitia, & postq̄ excusationē fe-
cerant circa oppugnationē contra me in Ciuitate Temixtitan fa-
ctā, tamen dixi, eos optime cognoscere, q̄ per Leucas sex ab eo
loco, & Ciuitate Tesayco, in quibusdam Coloniis eidem subie-
ctis alias mihi interfecerant Equos quinq̄, & quadraginta. aut
quinquaginta pedites Hyspanos, & trecentos Indos e Tascalte-
cal, qui erant onusti, & nobis abstulerāt multū argenti, auri, ve-
stiū. aliarūq̄ rerū. Et postq̄ se excusare nō poterant, q̄ illa tantū
p̄na plecterent. ut nobis n̄ra restituerēt. & eo pacto, q̄uis mor-
te digni existerēt cū tot ch̄nicolas interfecisset pacē cum illis inire

Hyspani in co-
lonia Coatebe-
q̄ hospitantur
ea nocte profi-
ciscentes ad ci-
uitatem Tesay-
co.

Nota Indos
obuiam venire
Hyspanis ve-
xillo aureo pa-
cem petentes.

Verba Indo-
rum pacem pe-
tium Cortesio
prolata.

Damna sibi ab
Indis pacem
petentibus il-
lata narzat Cor-
tesius.

Verba Incolariū e Tefayco Cortesio prolata circa pacē

Respōsio Cortesij Indis facta.

Cortesij circū spectionē nota

Inditia exponit Cortesius quibus cognoscit Incolariū e Tefayco malum animum.

volebam, postq̄ illi eam exposcebant, aliter contra eos procederem omni quo possem rigore, Illi autem responderunt, q̄ quicquid ibi nobis ablatum fuerat, Domini, & primates e Temixtitā secum exportauerant, tamen illi inquirerent omnia, quæ inuenire possent, & cuncta restituerēt, Et petiere, an ea nocte profiscerer ad ciuitatem, aut in altera e Colonis me collocarē, quæ sunt tantq̄ suburbia ciuitatis, quæ dicuntur Coatican & Guaxuta. quæ distant per leucā, aut dimidiā a dicta ciuitate. & semper continuantur habitationes. Quod ipsi optabāt secundū ea, quæ postea successere, Respōdi, me nolle quiescere, donec peruenissem ad dictam ciuitatem Tefayco, Ipsi dixerunt, irem bonis auibus. & ipsi volebant præcedere, ut disponerent hospitia Hyspanis & mihi, & sic discessere, Et cum peruenissemus ad has Colonias, venerunt nobis obuiam quidam e primatibus illarum, & benigne nos susceperūt. & necessaria victui cōcessere, Et in meridie peruenimus ad ciuitatem, ad domum vbi debebamus hospitari, & erat latissima domus, & ampla, quæ fuerat Genitoris ipsius Guanacaci. Domini ipsius Ciuitatis, Et anteq̄ hospitium intraremus, cū omnes essemus adhuc iuncti, iussi præconia voce mandari, q̄ sub pena capitali, nullus (me incōsulto) ab hospicio discederet. & dicta domo, quæ est adeo lata, ut in ea commode nos Hyspani omnes, hospitari potuissemus, etiam si in duplo maiori essemus numero, Et hoc ideo commisi, ut dictæ Ciuitatis Incolæ cōsiderent, & domi morarentur, Videbatur enim mihi, tertiam multitudinis hominum partem, in dicta Ciuitate contineri solitam, non conspicerē, Nec apparebāt fœminæ, aut pueri, quod nullius signum erat quietis,



A die, qua hęc ciuitatem ingressi fuimus, in Vesperis Noui Anni, postq̄ operam dedimus. ut nos collocaremus, quamuis admiraremur, considerantes dictorum Incolarum raritatem, & eos, quos videbamus inquietos, credidimus pauore perterritos, non audere cōparere, & per Ciuitatem deambulare. & ea de causa, aliquantulum eramus imparati, Et cum sero esset factū, quidam Hyspani ascenderūt quædam Subdialia pauimenta, ex quibus poterant totam Ciuitatem oculis lustrare, Et conspexere omnes Incolas illius discedere, & cum rebus suis se Lacui cōmittebant, suis Canois, quas Incolæ Acaler nominant, Et aliqui Montes ascendebant, & quamuis commissem, ut iter suum impediretur, cum tamen ho

VI

ra esset tarda, & nox aduenisset, & ipsi multū festinarent, nil profuit, & sic dominus dictæ ciuitatis, quæ desiderabam habere pro salute nostra cum primatibus dictæ Ciuitatis, profectus est ad ciuitatem Temixtitan, quæ abest ab eo loco per lacum sex leucis, & omnia bona secum apportarunt, & propterea, ut ad vota remperficerent, quam conceperant, obuiā uenere illi quatuor, de quibus superius dixi, ut me deturbarent, ne illis damnum inferrem, & ea nocte, tam nos quæ suam ciuitatem deseruere,

Nota. Indorum astutias ut turbarent Cortesium.

Dostōq; fuimus spatio trium dierū in hac ciuitate, absq; aliqua controuersia nobis ab Indis illata, quoniam eo tunc ipsi nō audebāt nos aggredi, & nos alii non querebamus a lōge illos aggredi, quia mea sentētia semper extitit, si uellēt grōse mecū agere, uellē eos pacifice excipere, & omni tēpore pacem ab eis querere, me uenerūt allocutū Domini Coatinchā Guaxuta, & Autengo, quæ sunt Colonie latissime, & sunt (ut retuli) contigue, & herentes dictæ ciuitati, rogantes ut eisdem parcerem, quæ aufugerant a suis Colonis, & certe non pugnauerāt nobiscum propria uoluntate, & ipsi constituebant, uelle omnia subire. quæ Maiestatis uestræ nomine eisdem essem mādaturus, Ego autē, adhibitis interpretibus retuli, illos optime nosse, a me semper bene tentos, & si patriam suā deseruerant, & in reliquis, ipsimet erant qui causam præstiterāt, Sed postq; pollicebantur uelle esse nostri amici, domi suæ remanerent, & adducerēt uxores, & filios, & quæadmodum ipsorū fuissent opera, ita a me haberentur, & sic discessere, & ut conuicere potuim⁹, non admodū cōtenti,

Offerunt prouintie quedā se cum suis Cortesio.

Qvamprimū Domini e Mexico, & Temixtitan, & omnes alii domini e Culua (appellatione Culua intelliguntur omnes Prouintie harū regionum, subditæ dominio ciuitatis Temixtitan) audiuerunt dominos illarū coloniarum obtulisse se in uasallos, & subditos uestræ Maiestatis, ad eos Nuncios destinarunt, quibus significabant, eos minus belle fecisse, quoniam si timore adducti fecerant, optime scire deberent, eos esse numero infinito, & maxima potentia, ut nos Hispanos omnes, cum Incolis e Tascaltecal prope diē essēt interempturi, & si illud fecerant ne patriam desererent, eam desererent, & proficiscerentur ad ciuitatem Temixtitan, Illi enim maiores colonias, & meliores impartirentur, quibus uitam ducerēt, Isti domini Coatinchan, & Guaxuta apprehenderunt nuncios, &

Pollicitationes a Diis e Temixtitan Indis qui se subdiderant Cortesio.

Nota Explo
ratores capi
unt et uincti
adducuntur
Cortefio.

Solui mādāt
Cortefius ex
ploratores e
Culua.

Discedunt ex
ploratores e
Culua a Cor
tesio.

Proficiscitur
Cortefius ad
Ciuitatē Iz
tapalapa.

eos uinctos mihi adduci curarūt. & illico coram me fassi sunt ea,
quæ Dominorum e Temixtitan nomine nunciatū uenerāt, tamē
dixere eo uenisse nunciatū, ut illuc irent ut mediatores esse possēt,
postq̄ nostra iuncti erant amicitia, si possent res pacifice cōpone
re inter dominos e Culua & me. Illi autē e Guaxuta, & Coatin
chan asserebāt eo modo nō procedere, & q̄ illi e Mexico, & Te
mixtitan omnino bello decertare constituerant, tamen simulauī,
q̄uis sic procederet ueritas me credere nunciis, quia cupiebā alli
cere dominos celebris ciuitatis ad capescendam amicitia nostrā,
ex ea enim pēdebat pax, & bellū omniū reliquarū Prouintiarū,
quæ a Maiestate uestra defecerant, Solui mādauī dictos nūcios,
& significauī ne timerent, quia eos ad ciuitatē Temixtitan reuer
ti uolebam. & rogabā eos dicerent dominis ciuitatis, me bellum
cum illis non desiderare. q̄uis iustam causam haberem. Et esse
mus amici, ut prius esse solebamus, & ut magis eos ad Maiesta
tis uestræ seruitiū inducerē, eis nunciatū misi, me optime cogno
scere, omnes auctores belli mihi illati, iam ab humanis deces
sisse, & præterita missa haberemus, & nollēt præstare causam,
ut prouintia suæ destruerentur, & Ciuitates, quia hoc moleste fe
rebam, Et soluti discessere, promittentes ad me cum responso se
redituros. Domini Coatinchā & Guaxuta & ipse, hoc tam bono
opere remansimus amici, & fœdere iuncti. Et ego nomine Maie
statis uestræ ueniam dedi erratis suis præteritis, & ipsi maxime
lætati sunt.



DOST septem aut octo in hac ciuitate Tesaico consu
ptos dies, absq̄ prælio aliquo, aut controuersia, hospi
tium nostrū muniendo, & ordinem ponendo rebus ne
cessariis, & oportunis nostræ tutelæ & ut hostes nostros
offendere possemus, Prospiciens hostes contra me non moueri,
Ciuitate egressus sum ducentis Hyspanis, inter quos erant decē
& octo Equestres, & triginta, qui balistis utebātur, & qui pixidi
bus decem, & tribus aut quatuor milibus Indis amicis nostris, &
profectus per littora Lacus, usq̄ ad ciuitatem quandam nomine
Iztapalapa, quæ abest spatio duarū leucarum a celebri ciuitate
Temixtitan. & sex ab hac ciuitate Tesaico, quæ ciuitas ascēdit
ad decem millia habitationum, & eius medieta, & forte e tribus
portionibus, duæ sunt in aquis, Et dominus qui erat frater domi
ni Muteezuma, quē Indi post mortem dicti Muteezuma, domi
num constituerant, Primus fuerat, qui nobis bellū intulerat, &
a ciuitate eiecerat, Et ea propter, & etiam, quia cognouerā Inco

VII

las dictæ Ciuitatis, in nos malo esse animo, illuc ire constitui, & cū aduentū meū præsensissent, per duas Leucas, anteq̃ eo peruenirem, illico affuere aliqui Indi milites in planitie, & aliqui in lacu Canois vecti, & sic toto illo spatio duarū Leucarū, iuimus mixti, semper certando, tam contra eos, qui erant in continēti, q̃ eos, qui exhibant aquis, donec peruenimus ad dictam Ciuitatem & ante, quasi per duas tertias Leucæ, reserabant viam stratam, quæ est inter Lacū aquæ dulcis, & Lacum aquæ Salsæ, in obicis si militudinē, quæadmodū ex figura Ciuitatis Temixuran, quam Maiestati Vestræ transmisi, videri potuit, Qua via strata, aut obice aperto, máximo impetu aqua exire cœpit a Lacu aquæ falsæ, in Lacum aquæ dulcis, quamnis distent dicti Lacus ab inuicem maiori dimidiæ leucæ spatio, & non prospitentes eas insidias desiderio Victoriæ, qua potiebamur, optime transiuimus, & eos insequuti fuimus. donec ingressi fuimus admixti Hostibus, dictā Ciuitatem, & cū iam essent admoniti, omnes domus in continēti sitæ erant vacuæ, & omnes personæ cum rebus suis. se collocauerant in domibus in Lacu sitis, & ibi permansere illi, qui fugiebāt & acriter nobiscū pugnauerunt, Tamen omnipotens tot vires suis subministrare dignatus est, q̃ ingressi fuerimus, vsq̃ quo aquas ingrederetur, aliquando ad pectus usq̃, & aliquādo nando. Et cœpimus plures domos ex illis, quæ in aquis sunt constitutæ, & præterea ex illis vltra sex milia inter viros, fœminas, & pueros, Quoniam Indi nobis amici, conspecta victoria, quā omnipotēs concesserat, nil aliud negotii habebāt, nisi a dextris & a sinistris interficere, Et quia nox iam aduenerat, milites collegi, & ignem inieci quibusdā domibus, & dum cōburerent, visum est. q̃ Deo Opt, Max, spiritū meū suscitauerit, & in memoriā reuocauit viam stratā. aut obicem demolitū, quæ uiderā in itinere, & occurrit maximū damnū in ea re positū, & properando cū meis, ordine positis, Ciuitatē exiui, Cum nox esset iam obscura, & peruenissē ad eam aquā cū iam hora noctis nona esse posset, iam tantū emanauerat, & labebatur tanto cū impetu, q̃ eam veloci passu transiuimus, & aliqui ex Indis nobis amicis submersi sunt, & amisi omnem prædā a dicta Ciuitate ablatā, Et Maiestati Vestræ vera refero, Si ea Nocte non transiuissēmus, aut per tres horas plus fuissēmus morati, nullus nostrū euassisset, Circūdabamur enim aquis, absq̃ egressu aliquo, quo possemus exire, Et illucescente vidimus Lacū vnū esse plenum sicuti alterū, & aqua amplius non fluebat, & omnis lacus Salsæ aquæ erat Canois refertus, quib⁹

Obuiam veniunt hostiliter Indi Cortesio tam lacu q̃ continenti.

Cortesio Hispania tapalapa vi ingreditur admixtus Indis.

Ciuitati ignem iniici mandat Cortesius.

Amittunt prædā Hispania ni in transiundo discriminoso itinere.

Reuertit ad
ciuitatem Te
sayco Correfi
us cum Hy
spanis adepta
victoria.

vehebatur homines ad pugnandum, qui arbitrabantur nos ibi pos
se intercipere, & eo die reuersus sum ad ciuitatem Tesayco, aliquan
do pugnando cum illis, qui e Lacu exhibant, quibus parum damni illis
possemus inferre, quia illico ad suas Canoas pedem referebant,
& cum peruenissent ad Ciuitatem Tesayco, inueni milites ibi relictos
bene tutos, nec aliquam controuersiam sustinuerant., & ex nostro ad
uentu, & adepta Victoria, maximam voluptatem adepti sunt, Se
quenti die, postquam eo peruenimus, periit ille Hispanus, qui vulne
ratus aduenerat. & ille fuit primus, quem Indi mihi haecenus in
terfecerunt,

Nuncios ex O
tumba & alia
rum Ciuitatum
veniunt ad cor
resum.



SEQUENTI die ad me profecti sunt quidam nuncii
e Ciuitate Otumba, & aliis quatuor Ciuitatibus, ei
dem contiguis. quae distant per quatuor, quinque, & sex
leucas a dicta Ciuitate Tesayco, & supplices rogarunt,
ut illorum praeteritis erratis parcerem, praeterito bello commissis,
ibi enim in Otumba vniuersae vires e Mexico, & Temixtitan con
uenerant, quando in fugam uersi ab ea discessimus, arbitantes
nos posse penitus delere, & bene cognoscebant ipsimet Incolae
ex Otumba, quod se excusare non poterant, quamuis eo argumento se ex
cusarent, asserentes, sibi hoc fuisse commissum, & ut me impelleret,
& procliuorem in sui amicitiam traherent, dixere, Dominos e Te
mixtitan ad eos Nuncios destinasse, ut suam factionem sequerentur
& nullo pacto amicitia mea coniungerentur, aliter contra eos mo
uerent Castra, & illos destruerent, & ipsi malebant esse Vasalli
Vestrae Maiestatis, & a me imperata exequi, Respondi, eos opti
me scire, qua animaduersione digni existerent circa praeterita &
ut illis parcerem, & credere esse vero animo dicta, quae iam mi
hi exposuerant, prius ad me ducerent nuncios illos captiuos, quos
ad eos venisse dixerant, & omnes Incolas e Mexico, & Temixti
tan, qui in sua prouincia reperiretur, & aliter eorum erratis non par
cerem, & reuertentur domum, & eas inhabitarent, & ita se ge
rerent, ut cognoscerem ex illorum operibus, eos Maiestatis Ve
strae fidos esse subditos, & quamuis plures alias rationes in me
diu adduxerimus, nunquam tamen a me aliud obtinere potuerunt,
& reuersi sunt ad suam prouintiam pollicentes se praecipua mea
& mandata exequi desiderare, & deinde semper extitere
& sunt fideles Maiestatis Vestrae subditi,

Responso cor
resij nuncios ex
Otumba data.



LIA Relatione, Fortunatissime, & excellentissime Do

VIII

miſſe, Maiestati Veſtræ ſignificauit, q̄ eo tempore, quo me in ſu-
gā verterūt, & a dicta Ciuitate Temixtitā expulerunt, deducebā
mecū filium vnum. & duas filias, ipſius Domini Muteezuma.
& dominū e Teſayco, qui dicebat Cacamacin, & duos eius fra-
tres. & plures alios Dominos, quos captiuos detinebā, & quem
admodū hoſtes eos omnes interemerāt, quāuis eorū eſſent natio-
nis, & aliqui ex ipſis Dominis ſuis, præter fratres duos Germa-
nos dicti Cacamacin, qui bono fato vix euadere valere, quorum
alter nominabatur Yſpaſuchil, & etiā alio modo Cucalcacin, quē
antea Maiestatis Veſtræ nomine, cōmunicato conſilio cū Domi-
no Muteezuma, dictæ Ciuitatis Teſayco, & prouintiæ Aculua-
can, Dominū conſtituerā, Cum in Ciuitate Taſcaltecal illū capti-
uum retinerem, ſolutis vinculis auſugit, & ad dictam ciuitatem
Teſayco reuerſus eſt, & iam creauerant in dominū aliū eius fra-
trē nomine Guanacacin, de quo ſuperius memini, Atunt commi-
ſiſſe interimi dictū Quacalcacin fratrem ſuū hoc pacto, Quoni-
am quā primū ingreſſus eſt Prouintiā Teſayco, cuſtodes illum
captiuarunt, & hoc nunciarunt Guanacacin eorum Domino, &
ipſe etiam ſignificauit domino e Temixtitan, qui ut præſenſit di-
ctū Quacalcacin aduentaſſe, ratus eſt, illū non potuiſſe vincula
fregiſſe, & fugiſſe, ſed veniſſe noſtro nomine, ut inde nobis ali-
quid ſignificaret. Illico cōmiſit dicto Guanacacin, ut interimeret
dictū Quacalcacin ſuū fratrem, Qui ſine dilatiōe illud executi-
oni mandauit. Alius vero frater, qui erat minor inter illos, qui a-
pud nos remāſit, cū eſſet puer, imbibit noſtros mores, & effectus
eſt Chriſtianus, & illi nomen impoſuimus, Don Fernādo, & quā-
do diſceſſi a prouintia Taſcaltecal, prouintias Mexico, & Temix-
titan uerſus, eum ibi cū aliquibus Hyſpanis dimiſi, de quo in
poſterū, & quæ circa eum ſucceſſerunt, Maiestati Veſtræ abunde
referam.

*Deſtinationem
faciat quos es
duxerit e pro-
uincia Culua
captiuos cor-
teſius.*

*Rem non ſic
cis oculis au-
diendū plege.*

*Regul^o bap-
tiſmum capit
& eonome im-
ponitur Don
Fernando.*



QUINTI die poſtq̄ reuerſus fuerā a Ciuitate Izta-
palapa, ad Ciuitatē Teſayco, conſtitui deſtinare Cōdi-
ſaluū de Sandoual executorem maiorē Veſtræ Maie-
ſtatis præfectū cū viginti Equitibus, & Ducentis peditibus, Bali-
ſtis, Pixidibus, & parmis videntibus ad geminos neceſſarios effe-
ctus, Vnū, ut cōmitarentur extra dictam prouintiā quosdā nun-
cios, quos mittebā ad Ciuitatē Taſcaltecal, ut ſcirem in quo ſta-
tu eſſent illi tredecim Bergantini, qui ibi parabantur, & adcom-
parandas alias res oportunas, tam relictis in Ciuitate Verę Cru-

*Diſtict^o Con-
diſalu^o ad ge-
minos effeci^o
a præfecto cor-
reſio.*

Proficiscitur
Condifaluus
e Saldoual
ad expugnand
dum presidium
in Prouincia
Calco constiti
turum ab In
dis.

Aggrediunt
Indi **Hispa**
nos et amicos
e **Tascaltecal**
cum **Hispanis**
proficiscentes
et repelluntur
Indi.

Veniunt duo
filij domini e
Calco cum alijs
quibus e prima
tribus ad **Loz**
tesium.

cis, & eorū, qui mecum erant, Ad aliū vero, ut eis prouintiaē par
tem tutā, & securā redderem, ut Hispani tuto & securi ire & re
uerti possent. quia tunc temporis, non poteramus exire hāc pro
uincia Aculuacan, nisi transiremus per Hostiū loca, Nec Hispani
ni, qui morabantur in Ciuitate Verę Crucis, & alibi ad nos sine
maximo discrimine, proficisci poterant, Et cōmissi dicto execu
tori maiori, postq̄ cōduxisset Nuncios ad loca tuta, perueniret ad
prouintiam quandā nomine Calco, quę fines habet cū hac pro
uincia Culuacan, pro cōperto enim habebā, q̄ Incolę illius, quā
uis essent factionis illorū e Culua, volebant se Maiestati Vestrę
subdere. & non audebant exequi, mœtu cuiusdam præsidii, per
eos e Culua apud illos cōstituti, & dictus præfectus discessit, quē
omnes Indi e Tascaltecal commitati sunt, qui sarcinas nostras eo
adduxerant, & aliqui, qui aduenerant nobis opem laturo, & ali
quid prædę fuerant potiti in bello, & quāprimum progressi sunt,
præfectus ratus, si Hispani extremū agmen occuparent, Hostes
eos aggredi non auderent, Vt vero hostes, qui erant in Colonia
lacus, & in littore illius, aggressi sunt agmen eorum e Tascaltecal
& prædam omnem abstulere. & quosdam ex eis interfecere, & cū
præfectus cum equitibus eo peruenit, acriter in hostes irruerunt,
& vulnerauerunt, & interfecerunt multos, Qui superfuere infu
gam versi, retrocessere ad aquas, et ad Colonias, quę lacui adhe
rent, & Indi e Tascaltecal, profecti sunt cum rebus, quę eis sup
fuerant in patriam, & pariformiter Nuncii quos illuc destinabā
qui postq̄ loco tuto, & absq̄ omni timore, erāt constituti, Dicitur
Condifaluus de Sandoual, direxit iter ad dictam prouintiaē Cal
co, quę propinqua erat, & die sequenti summo mane, plurimi ex
hostibus in unum conuenere, ut eos pugna exciperent, & cum v
traq̄ pars esset in campis, nostri irruerunt in hostes, & equitibus
duo agmina dissiparunt, adeo, q̄ breui nostri uictoria potiti sunt
& iuerunt comburendo, & eos interficiendo. Hoc factō, & eo iti
nere pacato, Illi e Calco descenderunt, & benigne Hispanos ex
cepere, & vtraq̄ pars maximā læticiam consecuti sunt, Et Prima
tes eorum asseruere, velle me visum, & allocutum proficisci, & eo
pacto discessere, & dormitum uenere ad Ciuitatem Tesayco, &
cum eo peruenissent, dicti primates cum duobus filiis, Domini
dictę Prouintiaē Calco mihi præsto fuere, & donarunt nobis tricē
ta auri pondera in frustra, & retulere, parentem eorum ab huma
nis excessisse, & tempore, quo periit eis dixerat, se nullum maio
rem mœrorem perpeti, quam q̄ moreretur, anteq̄ me vidisset, &

IX

diu me expectauerat, eisq; mandarar, q; quã primũ ad hanc prouintiam peruenirem. me allocutũ & salutatũ venirẽt, & me loco patris obtinerent, & cũ audiuerant meũ aduentũ ad Ciuitatem Tesayco, illico desiderabant proficisci ad me, tamen non ausi fuerant metu illorum e Culua, & etiam eo tunc ausi non fuissent, nisi ille præfectus, quem destinauerã, peruenisset ad suã prouintiam, & quando reuerterẽtur opus erat, ut eis impartirer totidẽ Hyspanos, ut reuerti possent, & asseruerũt me optime scire. eos nec in bello, nec extra, mihi unq; fuisse Hostes, & etiam me scire q; eo tunc, cũ Incolæ e Culua oppugnabant Fortilitiũ, & domũ in Ciuitate Temixtitan, & Hyspanos, quos ibi dimiseram, quãdo Cempoal profectus sum allocutũ Narbaez, & etiã existentes in sua prouintia duos Hyspanos, ad custodiam certæ quantitatis Mayz, quod colligendũ mandaueram indicta prouintia, Extra xerant vsq; ad puintiã Guaxocingo. quoniã cognoscebant Incolas illius nobis esse amicos, ne illi e Culua eos interficerent, ut omnes inuẽcos extra Fortilitiũ in Ciuitate Temixtitan interfecerãt & hæc, & alia multa, flentes protulere, Illis Gratias egi circa eorũ bonũ in nos animum, & bona opera, & pollicitus sum me omnia facturum, quæ illi cuperent, & a me bene haberentur, Et hæc nus ostenderunt semper bonum in nos animum, & obediunt in omnibus, quæ ego nomine Maiestatis Vestræ eis præcipio,

Mandatum domini e Calco morietis filiis suis datũ.

Responsio domini e Calco per Cortisũ data.



FILII Dicti Domini de Calco, & illi qui secum aduenierant, ibi unius diei morã traxere, & quia cupiebant in patriam reuerti, rogabant, ut illis milites impartirer qui eos tutos conducerent, & Cõdisalvus de Sãdoual, quibusdã comitatus equitib; & peditibus, cũ illis profectus est, quibus præcepi, postq; eos in prouintiã cõmitati essent, peruenirẽt ad prouintiã Tascaltcal, & adducerẽt quosdam Hyspanos qui ibi morabantur, & Don Ferdinandũ fratrẽ dicti Cacamacin, de quo superius memini, & post quatuor, aut quinq; dies, dictus maior Executor reuers; est cũ dictis Hyspanis. & adduxit dictũ don Ferdinandũ. & inde ad paucos dies audiui, q; cũ esset frater dictorũ Dominorũ, dictę prouintię Dominiũ eidem pertinebat, q;uis haberet alios fratres, & propter hoc, & etiã quia dicta prouintia erat sine Domino, quia Cacamacin, Dominus illius, omnia dimiserat, & aufugerat ad Ciuitatem Temixtitan, & istis de causis, & etiam quia erat maxime Christianis amicus. Nominẽ Vestræ Maiesttis curauĩ, ut illum in Dominum susciperent, &

Oratio Condifalu; e Sãdoual vr comites dominos e Calco.

Reuertuntur
Incolę e Te-
sayco in ciuita-
te & don Fer-
dinādo parēt.

Respōsio cor-
tesij ad Inco-
las e Coatin-
cā & Guazuta.

Munciat Cor-
tesio hostes va-
gari per lacus
littora.

In di duarum
Coloniarum
ad Cortesium
pacē petentes
veniunt.

Incolę illius ciuitatis, quibus pauci essent, illū acceperūt, & poste-
a illi paruerūt, & reuersi sunt multi, ad dictā Ciuitatē, & prouin-
tiā Aculuachā, quę abierāt, & aufugerāt, & seruibāt dicto don Fer-
dinādo. Et postea cōcepta est reformari, & habitari dicta Ciuitas,



INC ad duos dies post hęc, venerunt ad me Domini e
Coatinchan, & Guazuta, & asseruere, mihi certe pro-
ponerē, oēs corū e Culua vires in me moueri, & cōtra
Hyspāos, & omnis regio erat hostib⁹ referta, & dicerē
illis, an adducerent vxores, & filios vbi ego erā, vel eos in mōtes
deducerent, quoniā ipsi maxime timebāt, Ego autē eos forti ani-
mo esse iussi, & non timerent, & domi suę morarentur, nec mo-
uerent se, quoniā nulla te magis oblectabar, quā cum illis e Culua
pugnā cōmittere, & essent parati, & collocarēt, disponerentq; su-
os vigiles in vniuersa prouintia, & videndo, aut audiēdo hostes
aduentare, illico me monerent, & sic discessere animo gerētes ea.
quę cōmiseram velle exequi. Ego autē, ea nocte pręparauī mili-
tes meos. & vigiles disposui omnibus in locis, vbi opus esse cog-
nouī, & tota ea nocte nos non dedimus sōno, nec aliis negotiis in-
cubuimus, & tota ea nocte expectauim⁹, & die alio, arbitantes
illud, quod nobis retulere illi e Guazuta, & Coatinchan euentu-
rū, Sequenti die mihi allatū est hostes vagari per Lacus littora,
cogitando capere posse aliquos ex indis e Tascaltecal, qui ibant,
& reuertebantur ad necessaria Castrorū afferenda, & audiueram
illos fœdera iniuisse cū duabus Coloniais, subditis Ciuitati Tesa-
yco, quę erant proxime aquis, ut inde nobis omne possibile dā-
num inferrent, & ad muniendū se cōstituebant aggeres, fossas &
alia varia ad sui tutelā, Hoc audito, sequenti die acceptis duode-
cim equitibus, Ducentis peditibus, & duobus paruis compestri-
bus tormentis eo, vbi vagabantur hostes profectus sum, qui lo-
cus abest a Ciuitate per spatiū vnius Leucę cū dimidia, & cum
egrederer, offendi quosdam exploratores ab hostibus missos. &
alios, qui erant in insidiis collocati, & irruimus in eos, & insecuti
aliquos neci dedimus, qui supfuere aquę se credidere, & partem
dictarū Coloniarū igne consumpsimus, & exultantes adepta vi-
ctoria, reuersi fuimus ad Ciuitatem, Et die sequenti, tres Prima-
tes dictarū Coloniarū, ad me profecti sunt supplices veniam pe-
tentes, rogātesq; ne vltorius eos destruerem, & pollicebant se im-
posterum nullū ex illis e Temixtitan in eorū Colonias susceptu-
ros, & quia iste nō erant personę magni momētī, & erant subditi
don Ferdinādo, Maiestatis Vestrę noīe eisdē veniā dedi, Et alio

X

die, venerūt alii Incolæ dictarū Coloniarū vulnerati, & male ha-
biti, & nūciauerūt, q̄ illi e Mexico, & Temixtitan, reuerſi fuerāt
ad eorū Colonias, & quia in eis non fuere adeo gratioſe excepti,
ut pri⁹ excipiebant, male eos multauerant, & aliquos ex eis ca-
ptiuos abduxerāt, & ſi ego eos non defenderem, omnes abduce-
rent, & rogabāt, ut promptus, paratuſq̄ exiſterem opem laturus
eiſdem, ſi forte denuo illuc reuerterent, quoniā ipſi certe credebāt
eos reuerſuros, maiorib⁹ copiis ad eos vltimē internitoni dādos,
Et ſolatus eos cōmiſi, vt attēti, & parati exiſterēt taliter, q̄ cū illi
e Temixtitan cōtra eos mouerēt caſtra, tēpeſtiue ſcire poſſem, ut
illis opē ferrē, & hoc habito reſpōſo, ad eorū colonias reuerſi ſūt,



OMINES, quos dimiſerā in Ciuitate Tascaltecal, ut
Bergātinuſ fabricādoſ curarent, audiuerāt portui ciui-
tatis Veræ Crucis applicuiſſe nauī, vltra nautas cū tri-
ginta, aut quadraginta Hyſpanis, octo Equis, aliqui-
bus baliſtis, pixidibus, & puluere, & cū adhuc ignorarent, quo-
modo res in bello eo procederet, nec cōſiderent ad nos poſſe per-
uenire, maxime triſtabāt, erāt ibi aliqui Hyſpani, qui nō aude-
bāt ad me proficiſci, q̄uiſ plurimū optarent tale bonū nouū ad
me deferre, quamprimū familiaris meus, quem ibi dimiſerā, hoc
audiuit aliquoſ volentes tentare venire eo vbi ego eram preco-
nia voce nunciari mandauit graui præmiſſa pena, ne quiſ ab eo
loco diſcederet, donec a me haberēt in mandatis, & ſeruus meus
pſpiciens, me nulla ex re maiori affectū iri lēticia, q̄ aduētū iſti⁹
nauis, & præſidii, quod nobis adducebat, Et q̄ui� iter non eſſet
tutū, noctu diſceſſit, & ad Ciuitatem Teſayco peruenit, qua ex re
plurimū cœpim⁹ admirationis, illū eo viuū perueniſſe, & nouis
hui⁹ modi maxime ſuim⁹ lētati, quia ſubſidio plurimū indigebā⁹



ADEM die Catholice Domine, peruenere ad Ciuitatē
Teſayco quidā probi viri nūcii dominorū e Calco, & ſi-
gnificauerunt, quoniā ſe Maieltati Veſtrę in Vaſallos
obtulerāt, oēs illi e Mexico, & Tamixtitā cōtra eos ca-
ſtra ſua mouebāt, ut eos deſtruerēt, & interimerēt, & ad hoc con-
uocauerāt, & paratos eſſe iuſſerāt oēs circū uicinos ſuos, & roga-
bāt, ut illiſ opē ferrē in tali neceſſitate, quia cogitabant ſe maxime
paſſuros, niſi eiſ opē ferrē, & ingenuę fateor Ma, vřę, quēadmo-
dum aliaſ aliaſ relatione Ma, Veſtrę, ſignificaui, vltra noſtroſ la-
bores, & neceſſitateſ, maiuſ onuſ, & dolor erat, non poſſe opem
ferre, & auxiliari amicis noſtris, qui, quoniā ſe ſubdiderant Ma-
ieſtati Veſtrę ab hoſtibus noſtris e Culua maxime moleſtaban

Veniunt In-
di vulnerati
ad Cortefiū
nunciantes ſe
male habitos
ab Incolis e
Mexico ⁊ Te-
mixtitan.

Nota portui
ciuitatis Ve-
rę crucis nauis
cum præſidio
aduentaſſe.

Nota Hyſpa-
ni vni⁹ maxi-
mū animū vt
Cortefiū cer-
tū redderet de
aduētū nauis.

Nota ingenti
animi affectū.

Responſio cor-
reſij nuncijs e
Calco.

A quo impe-
trant ſubſidiū
Incolę e Cal-
co narrat cor-
reſius.

Cur Nunciij
Guaxocingo &
Guacachula
venerint ad
Cozteſium.

Finitur amiti-
a inter Inco-
las Calco.
Guaxocingo &
Quacachula.

tur, & quāuis ego, & omnes cōmilitones mei, omnem in eo adhi-
beremus diligentia, quoniam videbatur nobis in nullo plus Ma-
iestati Veſtrę cōplacere, quam ſi ſubditis ſuis opem ferremus, &
fauorem præſtaremus, Sed quia tempus quo illi e Calco. ad me
profecti ſūt, nō permittebat me illis elargiri, quę desiderabāt, di-
xi tamen, q̄ eo tunc volebā mittere ad Bergātinis adducendos,
& ad id ſe parauerāt omnes Incolę e Tascaltcal, vnde dicti Ber-
gantini in fruſta adduci debebant, & ad hoc cogebat deſtinare a-
liq̄ quantitatem Equitū, & peditum, & cognoſcebā Incolas pro-
uintiarum Guaxocingo, Churultecal, & Guacachula, eſſe Maie-
ſtatis Veſtrę vaſallos, & nobis amicos, eos adirēt, & meo nomi-
ue ab eis peterēt, cū eis eſſent cōtermini, illis opē ferrent, & illuc
præſidia ſua mitterent, vt tuti eo interim eſſe poſſent, donec ipſe
met eis opem ferrē, quoniā aliter prouidere nō poterā, & quāuis
iſtis ea tam grata nō extiſſent, quā ſi eiſdem aliquos Hyſpanos
fuiſſe impartitus, Gratiastñ mihi egere, & a me vt fides adhibe-
ret litteras meas illis decernerē petiere, & etiā ut ſecurius illud ex-
petere poſſent ab eiſdē, quoniā inter incolas e Calco, & alias du-
as prouintias, cū diuerſę eſſent factionis, ſēper viguerat cōtrouer-
ſia, & forte dū hoc negotiū cōponerem, aduenere nunciū quidam
a dictis prouintiis Guaxocingo, & Guacachula, & preſentibus
nuncijs e Calco dixere, Dominos dictarū prouintiarū. nulla de
me noua habuiſſe, poſtq̄ diſceſſerā a ciuitate Tascaltcal. quibus
& vigiles ſuos retinerent in montiū cacuminibus, qui vniuerſę
prouintię Mexico. & Temixtitan ſupereminent. vt cum viderēt
crebros fumos. qui ſunt inditia belli. mihi cū ſuis ſubditis, & mi-
litibus opem laturo venirent, & quia a paruo tempore. plures fu-
mos ſolito viderant. acceſſerant cognituri. quomodo me haberē.
& ſi ſubſidio aliquo mihi opus eſſet. illico comparare poſſēt exer-
citū. Ego autem eiſdē Gratiarum egi. & Reſpondi. dei optimi maxi-
mi auſpicio. Hyſpani omnes, & ego recte valebamus. & ſemper
Victoria potiti fueramus cōtra Hoſtes noſtros, & vltra volupta-
tem, quā capiebā ex bono eorū animo. & præſentia, plus tamen
eorū aduentu lætabar. ut eos foedere iungerē illis e Calco, qui ad
erāt. & eos ad id rogabā. cū omnes eſſent Veſtrę Sacrę Maieſta-
tis Vaſalli, ut eſſent boni amici, & alter alteri opem ferret contra
Incolas e Culua, qui iniqui & peſſimi exiſtebant, & maxime in
præſentiarum. cum illi e Calco ope eorum indigerent, quoniam
Incolę e Culua volebant eos aggredi, & eo pacto remanſere a-
mici, & foedere iuncti, & conſumptis ibi mecum duobus diebus,

omnes discessere, multum læti, & contenti, & postea semper alter alteri opem tulit.

INDE ad tres dies, cum sciremus iam tredecim Bergā-
 tinos esse perfectos, & homines, qui eos adducere de-
 bebant, esse paratos, misi Condifaluum de Sandoual,
 executorem maiorem, cū quindecim equitibus, & du-
 centis peditibus, vt eos adducendos curaret, Cui mandauī, ut
 destrueret, & solo æquaret amplam Coloniam subditam huic
 Ciuitati Tefayco, quæ cōtermina est ciuitati Tascaltecal, Incolæ
 enim illius neci dederant quinq; equites, qui proficiscebantur a
 a Ciuitate Vera Crucis, ad celebrem ciuitatē Temixtitan. quan-
 do ego in ea oppugnabar, nullo modo cogitantes talem nobis e-
 uenire posse proditiōē, & eo tempore, cū primo hac vice ingressi
 fuimus hanc Ciuitatem Tefayco, inuenimus in oratoris, & Me-
 schitis, dictæ ciuitatis coria dictorū quinq; equorū. cū pedibus.
 manibusq; & ferramentis insuta. & adeo aptata, q̄ melius in
 vniuerso terrarū orbe, fieri non posset, & in signū Victoriæ ipsos
 bona multa, & res varias Hyspanorū obtulerunt Idolis suis, &
 inuenimus sanguinē cōmilitonū, & fratrum nostrorum sparsum,
 & sacrificatum in omnibus illis turribus, & Meschitis, Fuit res
 tantę mœstitię, vt nos reintegrare coegerit omnes nostros labores
 & erumnas, & proditores illius Colonia, & alii circumuicini, eo
 tunc, cū dicti christicolæ illac transiuerunt, eos optime excepere,
 vt illi se tutos crederent, & in eos maiori sauitia vtī possent, qua
 nūq; mortaliū aliquis vsus fuerit, quoniā dum illi descenderēt di-
 uo quodā, & difficile emetirentur iter, & Equis descēdere coacti,
 Freno Equos tahentes, & impeditos, hostes adextris, & sinistris,
 in insidiis collocati, eo in difficili loco, circūdederunt, Ex quibus
 aliquot interfecerūt, & alios captiuos tenuere, vt eos ad ciuitatē
 Tefayco perducerent, & illos sacrificarent, & corda eorū e pecto-
 ribus extraherēt, ante ipsorū idola, & hoc ita euenisse credimus
 Quoniam cū dictus maior executor, illac trāsīuit, quidā Hyspa-
 ni qui secū pficiscebāt in quadā domo unius colonię, quæ consi-
 stit inter ciuitatē Tefayco, & illam coloniam, vbi interfecti sunt
 & capti dicti christicolæ, in pariete alba scriptum inuenere, Hic
 fuit captiu⁹ infortunat⁹ Ioannes Yuste, qui erat quidā Nobilis
 ex illis quinq; Equitibus, quod spectaculum sine dubio viden-
 tibus maximam cordis attulit mœsticiam, atq; dolorem, Quum
 Maior Exequutor illuc peruenisset, quam primum Incolæ illius

*Dittit Con-
 disalu⁹ de sal-
 doual ad ad-
 ducēdos ber-
 gātinōs in taf-
 caltecal fabri-
 catos.*

*Nota quomo-
 do coria equo-
 rū interfecto-
 rū aptauerunt
 z dijs suis di-
 cauerunt z hy-
 spanorū quo-
 rundē mortē.*

*Iohannes yu-
 ste fuit vn⁹ ex
 interfectis ab
 Indis z sacri-
 ficat⁹ dijs suis*

Profligatur
Indi a Con-
di salno de sal-
donal.

Afferunt ber-
gantini ab In-
colis e Tascal-
tecal ad Loz-
tesium.

Nomina du-
cum hominū e
Tascaltecal.

Chichimeca-
tecle magnani-
mitateni nota
re strenuitate.

Colonia cognouere suū magnū errorem, & facinus, fuga salutē querere cœperunt, Equites vero, & pedites nostri, & Indi nobis amici, eos insequuti sunt, & multos neci dedere, & captiuas habuere plurimas scœminas, & pueros tot, quot potuerunt, & in seruitutem abduxere, quāuis pietate motus noluit interficere, & destruere, quantū potuit, & anteq̃ discederet, superstites cōuenire, & in sua Colonia degere iussit, & in præsentiariū habitatur, & erroris sui eos maxime pœnituit, Et dictus maior executor, vltorius progressus est, per quinque, aut sex Leucas, ad Coloniā quandam e prouintia Tascaltecal, quæ est proximior confinibus e Culua, & ibi offendit Hyspanos, & homines adducentes Bergantinos, & sequenti die discessit cum tabulis, & cōpagibus, quas adducebāt optimo ordine, plusq̃ octo milibus hominū, quod erat visu mirabile, & sic cogito esse creditu mirabile, portare tredecim Bergantinos terra, per decem & octo Leucas, Quoniam uera refero Maieitati Vestræ, q̃ ab agmine quod præcedebat ad extremū, intercedebat intercapedo duarū Leucarū, & cū primū progredi cœperunt, præcedebant octo Equites Hyspani, & centū pedites, In lateribus vero, vltra decē milia hominū, e prouintia Tascaltecal tuebantur, Quibus præerant Yutecad, & Teutipil, qui sunt duo Domini ex primatibus Prouintia Tascaltecal, Extremū defendebant agmen, Centū Hyspani, & vltra pedites, & octo Equites, & forte ad decem milia hominū, bello aptorum & bene cōquibus præerat Chichimecatecle. qui est ex primatibus illi^o prouintia. cum aliis ducibus, quos secum adducebat, qui eo tempore, quo discesserant in primo agmine adducebantur Tabula, In extremo vero Compago, Et vt ingressi sunt prouintiam e Culua, Bergantinorum Magistri iusserunt, q̃ in primo agmine Compago locaretur, & Tabulæ essent in extremo agmine, quoniam maiori futuræ erant impedimento, si eis aliquid euenisset, Quod si eueniret verisimiliter esset futurū in primo agmine, & Chichimecatecle, qui adducebat Tabulas, quemadmodū cōfusq̃ cū suis militibus fuerat sortitus primum agmen, duræ fuit ceruicis, & obstetit plurimum, & maxime laborarūt, ut extremum locū obtineret quia ipse volebat subire discrimen, quod inde euenire posset, & hoc concesso etiā nolebat pati, q̃ in extremo agmine aliquis Hyspanorū moraretur, cū sit vir maxime fortitudinis, & vigoris, & ipse querebat potiri eo honore, Adducebāt dicti Duces, duo milia hominū honuistorū cōmeatibus, & eo ordine & serie profecuti sunt iter suū, in quo fuere trib^o dieb^o, Quarta vero luce ingressi

XII

sunt hanc Ciuitatem maximo gaudio, & exultatione, & strepitu tympanorū, Et ego ut eos exciperem, illis obuiā progressus sum Et ut superius dixi, illa multitudo tantū extendebatur, q̄ ab eo tempore, quo primi ingredi cœperūt, intercederet spatiū sex horarum, anteq̄ Nouissimi ingrederentur, nuncq̄ cessantibus, qui ordine ingrederentur, & postq̄ ad illos peruēni, & gratias egi illis Dominis de Beneficiis in nos collatis, illis hospitia consignauit, & necessaria prouideri curauit, melius, quo fieri potuit, & ipsi mihi retulere, desiderare cum illis e Culua congregari, & uiderē, quid vellem illis iubere, & retulere, eos vna cū aliis, quos secum adduxerant, eo animo venisse, & vna cū Hispanis, aut mori, aut Vindictā sumere volebant, Ego Gratias egi, & dixi, ut quieti se darent, & cito eorū morem gererem volūtati,

Obuiam progredi Cortesius militibus e Tascaltcal qui in subsidium suum aduentabant.



OSTQ̄ omnes isti e Tascaltcal, in Ciuitate Tesayco quieuerant tribus aut quatuor diebus, qui equidem (ad viros, qui in istis Regionibus habentur) erant Strenuissimi, in armis esse iussi viginti quinque equites, trecentos pedites, & quinquaginta Balistas, & pixidibus vtentes. & sex parua tormenta campis conducētia, aptari iussi, & insciis omnibus quo pergeremus, nona diei ab hac Ciuitate discessimus, & mecū venire Duces prædicti, cū forte triginta milibus hominū, suis agminibus bene cōpositis, secundum eorum consuetudinem, & per Leucas quatuor ab ista Ciuitate, cū iam esset hora tarda, offendimus agmen hostile, & nos Equites irruimus in eos, & in fugam vertimus, Illi vero e Tascaltcal, cū sint agiles, nos sunt sequuti, & ex Hostibus multos interemimus, Ea nocte sub dio semper ad omnia parati Noctem duximus maximis vigiliis. Sequenti die. sūmo mane. inceptū iter prosequi cœpimus. & eousq̄ nulli quo progredi vellem significauerā. & hoc ideo feceram. quia cauebā a quibusdam e Tesayco, qui proficiscebantur nobiscū. Ne illud Incolis e Mexico, & Temixtitā significarent. quia adhuc illis nō fidebam, & peruēnimus ad Coloniam nomine Xaltoca. quæ est sita in medio Lacus. & circū eam inuenimus plures. & magnas fossas aquarum, & munebant circū circa dictam Coloniam, ne Equites ingredi possent, & Hostes maxime vociferabant, & coniciebant in nos Fustes, & spicula, Et pedites quāuis magno labore eam ingressi sunt, & illos a Colonia expulerunt, & magnam dictę Colonie partē igne cōsūperūt, & ea nocte iuimus dormitū pleucā, & orta iā luce secuti nostrū iter offēdim⁹ hostes, & a lōge

Nota hoim e Tascaltcal laudem in bello 7 genera armorum quib⁹ in bello vrunt.

Nota Cortesij sagacitatē cū nulli voluerit significare intentionē suam anteq̄ eo peruēnirēt.

*Ciuitatē quā
ticlan ingredi
tur Cortesi?*

cepere vociferare, vt solent in bello facere. quæ vociferatiōes sūt
mirabiles auditu, & nos alii inceperimus illos subsequi, Et eos in
sequendo. peruenimus ad magnā & pulchrā Ciuitatē, quæ dicit̃
Guantidan, & eam inuenimus inhabitatā, ea nocte ibi moram
traximus,



QUENTI die vlteri⁹ progressi, peruenimus ad
quandā Ciuitatem Tenainca nomine. in qua nullū ob
staculū inuenimus, & absq; eo. q̃ nos quieti daremus,
progressi fuimus in aliā Ciuitatem Acapuzalco nomi
natā, quæ totaliter est in circuitu Lacus, nec in ea quieui⁹, ad
modū enim desiderabā peruenire ad aliā ciuitatem, quæ Atacu
ba dicitur, quæ est proxima Ciuitati Temixtitan, & cū essemus
illis propinqui, inuenim⁹ circū circa multas aquarū fossas, & ho
stes prōptos, paratosq; & quā primū eos vidimus, & Indi nobis
amici similiter, irruimus in eos, & ingressi sumus Ciuitatē, & in
terficiendo, eos expulimus a Ciuitate, & ea nocte cum hora esset
tarda, nil aliud fecimus, q̃ hospitio nos collocare, quod erat ade
o amplū. vt cōmode in eo nos collocare potuerim⁹, Sequenti die
illucescente, Indi nobis amici, cepere Ciuitatē depopulari, & cō
burere, præter hospitium vbi hospitabamur, & in hoc tali vfi sunt
diligentia, ut combusta fuerit etiā quarta pars nostri Hospitii. &
hoc ideo cōmissū est, quoniā alias quando profligati discedeba
mus a celebri Ciuitate Temixtitan, Incolæ ipsius, vna cum illis
e Temixtitan, in ea nos maxime oppugnarunt, & interfecere plu
res Hyspanos,

*Irruit Hys
pani in In
dos ⁊ eos in
fugā vertunt.*

*Quare cōbu
sta fuerit ciui
tas Atacuba
ab Hyspanis.*



NLLIS Sex diebus, quibus fuimus in hac Ciuitate Ata
cuba, nullus extitit dies, quo non fuerimus cū Hosti
bus congressi, & leuia prælia iniuerimus, & Duces il
lorū e Tascaltcal, & cōmilitones sui plurima duella
inibant cū illis e Tascaltcal, & inter se acriter & strenue preliabā
tur, & inter se multa intercedebant, & alter alteri minabatur, &
cōuitia proferebāt ad inuicē, quæ sine dubio erāt spectatu digna,
& omni hoc tempore mortui sunt plurimi ex Hostibus, absq; ali
quo nostrorū morte. quia multoties ingressi sumus stratas illas
vias, & pontes Ciuitatis, quāuis, cum tot munimina obtinerent,
acriter resisterent, & multoties fingebant cedere, ut ciuitatem in
grederemur, asserendo. Ingrediamini Ciuitatem, ut in ea vos vo
luptati dare possitis. Aliquando dicebant. Cogitatis adesse aliū

*Verba Indorū
ad Hys
panos.*

XIII

Muteezuma, qui votis satisfaciatur, Et dū sic ista fierent, perueni semel ad quendam pontem, quem expugnaueram. & cū ipsi essent ultra illum pontem, significauit meis, ut quiescerent, & similiter illi cū signū meum conspexere, innuerūt suis, ut silerent, & eis retuli, quare essent effecti farui, & volebant destrui, & si inter eos comperiretur aliquis ex Primatibus Ciuitatis, illuc accederet, quoniam am desiderabam illū alloqui, Illi vero responsū dedere, omnē illā hominum multitudinem, quam ibi uidebam esse Dominos, & propterea ea, quæ vellem in mediū proferrem, & cū ego nullum responsū dedissem, cœpere in conuitia prolabi, & quidam ex nostris eis nunciauit, quod moreretur fame, & quod inde exire non permitteremus quæsitū cibaria, Responderūt se non indigere, & si indigerent, comederent nos Hispanos, & Incolas e Tascaltecal, & quia iter meū ad hanc ciuitatē Tacuba fuerat potissimū, ut tractarem cū illis e Temixtitan, & cognoscerem, quali essent intentione, & mora mea ibi nil proderat, post sex dies decreui reuerti Tesayco, ut properarem ad cōficiendos Bergantinos, & ut terra, marique eos obsidione præmerem, Eo die, quo discessimus venimus dormitū ad Ciuitatē Goazotitan, de qua superius memini, & hostes nos sēper sūt insecuti, & nos Equites sēpius in eos iruebamur, & sic aliqui permansere in nostra potestate. Sequenti die, cœpimus iter nostrū prosequi, & cū hostes nos discedentes prospicerēt rati sunt nos id timore facere, cōuenere multi ex illis. & nos insequi cœpere, Cum ego hoc prospicerem, iussi pedites anteire, & cum sisterent, in extremo eorū agmine essent quinque Equites, & ipse remansi cū reliquis viginti, & iussi sex equites se collocare in insidiis in quodā loco, & alios sex in alio, & quinque in alio, & ipse tribus equitibus in alio. Et quā primū hostes transiissent, cogitantes nos omnes insimul anteire, audientes vocem (Sancti Iacobe) prosilirent, & eos a tergo aggredierentur, Et cū tempus affuit prosiliuimus, & cœpimus lanceis illos impetere, & insequuti fuimus eos per duas leucas semper in planitie, quæ fuit visu digna, & sic ex illis multi periere, tam a nobis quàm ab indis nostris amicis interempti, & remansere, & ulterius nos non sunt insecuti, Nos vero pedem retulimus, & consequuti fuimus nostros, & ea nocte permansimus in Colonia quadam insigni Aculman nomine, quæ abest duabus leucis a ciuitate Tesayco. Vnde discessimus sequenti die, & iu meridie peruenimus ad Ciuitatē, & fuimus hilari vultu a maiori Executore, quem prefeceram, & ab omnibus reliquis recepti & maxime latati sunt nostro aduentu, quoniam postquam

Cc

Colloquium
inire vult Cortesius
cū Indis
vt a sua duriti
e eos abducere
posset.

Reuertitur
Cortesius ad ciuitatem
Tesayco ad bergantinos
aprandos.

Insequit Cortesius
Indos
per leucas duas
& ex eis multos
interfecit.

Proficiscunt
Duces e Tasc
caltecal in pro
uinciam suam
cū presidio ad
ducto.

Obita hostili
ter veniunt In
di e Culua e Co
tesio. quos sū
dit e Colonia
potitur.

Dalos execu
tor proficisci
tur ad coloni
am munitam
expugnadam.

inde discesseramus, nunquā aliquid de nobis ad eorū aures perue
nerat, nec quid euenisset, & maxime desiderabant scire, Sequen
ti die postq̄ eo perueneramus, Domini & duces militū e Tasc
tecal, ame dimitti petierūt, & profecti sunt ad eorū ciuitatem, ad
modū lati aliqua hostium preda,



QER dies duos postq̄ ingressi eramus ciuitatē Tefayeo,
Venerunt ad me aliqui Indi nuncii dominorum e Cal
co, & significarunt dominos suos iussisse, ut mihi suo
nomine nūciarent, q̄ illi e Mexico, & Temixtitan, eos aggredi vo
lebant, & inuadere ut eos destruerēt, & me rogabāt. ut eo subsi
diū destinare, quēadmodū alias petierāt, & ego illico curauit
tere Cōdisaluū de Sādoual cū viginti eq̄tibus, & trecētis pediti
b⁹, cui precepi ut properaret, & cū illuc puenisset, curaret omnib⁹
modis opem ferre, & fauorē possibilem prestare illis Maiestatis
Vestre Vasallis, & nobis amicis, & cum eo peruenisset, comperit
plurimos ex prouinciis Guaxocingo, & Guacachula conuenisse,
& expectare, & cōpositis rebus discessere, pfecturi ad Coloniam
nomine Guastepeque. ubi Incolę e Culua erant collocatę, vnde
damna inferebāt Incolis e Calco, & hostiū plures exierunt e qua
dā Colonia, quę erat in itinere, & cū Indi nobis amici essent ma
gno numero, fidentes Hyspanis, equitibus insimul ingruerunt in
eos, & castris potiti sunt, & ea in colonia prope Guastepeque ea
nocte morati sunt, & postera luce discessere, & cum peruenissent
prope Coloniam Guastepeque, Incolę e Culua incēpere conse
rere manus cū Hyspanis, tamen breui eos in fugam verterūt, &
eos interficiendo eiecerūt a Colonia, equites vero morati sunt, ut
equis cibū subministrarent, & hospitarētur. & dum essent ita im
parati, peruenere hostes usq̄ ad plateā ante hospitiū existentem
vociferando, proiciendo lapides, fustes, & sagittas, & Hyspa
ni sumptis armis vna cū Indis nobis amicis, eos aggressi sunt. &
a dicta Colonia denuo expulerunt, & insecuti sunt eos per leuac
spatiū. & interfecere multos ex hostibus, & ea nocte admodum
lassi, reuersi sūt ad dictā coloniā Guastepeque, vbi quere per di
es duos, Eo tunc maior Executor audiuit, in Colonia vltiori A
capichtla nomine, cōuenisse hostiū maximā multitudinē, & cons
tituit illuc proficisci visū, si pacifice se dedere vellent, & pacē vel
lent quærere. Ista Colonia erat admodū munita, & loco alto sita,
vbi ab equitibus lēdi non poterant, & cum Hyspani illuc perue
nissent, illico hostes manus conferere ceperunt, & e loco alto la

XIII

pedes proicere, & quibus multi essent ex amicis nostris, cum dicto Maiori Executore, & considerantes loci munimen, non audebant hostes aggredi, & quam primū dictus maior Executor, & Hispani hoc conspexere, constituerunt, aut mori, aut vi ascendere in excelsum illius Coloniae, & inuocatione Sancti Iacobi incēperunt ascendere, & Deo Optimo Maximo placuit, tantū viriū eisdem subministrare, quā quis maxime obsisterent, & offenderēt, ascenderunt, quamquā multi fuerint vulnerati, & cum Indi nostri amici eos essēt insecuti, & hostes se victos viderēt, fuit tanta eorū cedes ex Hispanis manibus, & illis, qui cadebant ab alto. quod omnes illi, qui ibi interfuere affirmant fluuiū parū, qui Colonia illā circumdabat, rubicundū mortuorum sanguine effluxisse, & diu morati sunt, antequā aquā potabilem extrahere possent, cū enim ingens esset estus, aqua multū indigebant, & cum modum huic negotio imposuisset, dimittens duas eas Colonias quietas, & bene condigna castigatione mulctatas, quia pacem primo negassent, Dictus maior Executor reuersus est omnibus comitantibus ad Ciuitatē Tefayco, Et credat Vestra Sacra Catholica Maiestas, hanc fuisse insignem victoriam, in qua Hispani optime vires suas demonstrarunt,

Constituunt
Hispani: aut
mori: aut arce
potiri.

Reuertit in
signi ad epra
victoria Hy
spani: ad ciui
tatē Tefayco

CVM Incolae e Mexico, & Temixtitan audiuerunt maximū damnū illatum suis ab hispanis, & incolis e Calco, constituerunt in eos mittere Duces quosdam maximis Copits, quo audito Incolae e Calco mihi significarunt, rogantes, ut illis celerrime praesidiū transmitterem, & illico expediui dictū maiorem Executorem quibusdam peditibus, & equitibus, Tamen cum eo peruenit, iam hostes e Culua, & Incolae e Calco, cōflixerāt acriter hinc inde, & deo placuit, vt amici nostri e Calco victoria fuerint potiti, & neci dedere multos ex hostibus, & captiuos obtinuerunt quadraginta, inter quos erat dux quidā ex Mexico & duo alii ex primatibus, quos oēs Incolae e Calco consignarunt dicto Maiori executori, ut ad me eos adduceret, Quorum aliquos ad me destinauit, Reliquos secum retinuit, Voluit enim morari ad praesidiū Incolarū e Calco, in quadā Colonia in finibus hostium e Mexico, Et postea dum ei visum est moram suā non necessariā, rediit Tefayco, & adduxit reliquos captiuos, qui apud eum remāserant, Hoc interim habuimus alia multa leuia certamina, & occursum cum Incolis e Culua, quae omnia ad euitandam prolixitatem praetermitto,

mittit Con
disalu de Sa
doual: ad ferē
dum subsidiū
incolis e Cal
co.

Reuertitur
cum captiuis
quibusdā ma
ior executor
ad Cortesū.

Nota diligentiā Cortesij in itinerib' ruzandis.



VM iter a Ciuitate Veræ Crucis. ad hanc Ciuitatem iam esset tutū. & possent ire, & redire tuti illi e Ciuitate iam dicta, quotidie aliquid a nobis audiebant. & nos similiter ab illis. quod prius fieri non poterat, Et Nuncio quodā miserunt ad me quasdam Balistas, pixides, & puluerem, quibus maximam cœpimus voluptatem, & inde ad duos dies, miserunt aliū nūcium, quo nunciarunt portui applicuisse naues tres, quibus uehebantur multi milites, & equi, & eos illico ad nos trāsmitterent. Et cum in tanta essemus subsidii pēnuria, nobis a deo Optimo, Maximo subsidium transmissum credidimus,

Cortesij querit dedicatio nem incolarū e Temixtitā: non destructio nem.



OMNIBVS modis possibilibus inquirebam in nostrā amicitia allicere Incolas e Temixtitan, Partim ne eorū causa destruerentur, partim ut quiesceremus a laboribus p̄teritorū bellorū, Et maxime, quia cognoscebā inde prouenire maximā vtilitatem Vestræ Maiestari, & vbi cūq; poteram habere aliquē Ciuitatis Incolam, illū remittebā, vt illos monerem, q̄ pacifice deditio nem facerent, & in die Mercurii Sācti Anni M, CCCC XXI, coram p̄sto esse iussi Primates Incolas e Temixtitan, quos illi e Calco captiuauerāt, & nunciaui an aliquis eorū proficisci vellet ad Ciuitatem, & meo nomine Dominos illius alloqui, & eos rogare, q̄ vltius nō quērerēt me cū bella gerere, & se subderēt in Vasallos Vestræ Maiestatis, ut prius fecerant, quoniam ego illos perdere non cupiebā, sed in amicos tenere, & quibus non libenti animo irent, quoniam timebant, si nunciū illud afferentes irent, eos interficerēt. Duo tamen ex illis ire constituerunt, & a me litteras petiere, & quāuis illi non perciperent ea, quę in eis cōtinebantur, sciebant tamen talem vigere consuetudinem, vt cū eo peruenirēt Incolæ Ciuitatis eisdem fidē adhiberent, Ideo interpretibus adhibitis eis nota feci, quæ in dictis litteris conuenerentur, scilicet ea, quæ ipsis met imposueram, & eo pacto discessere, & p̄cepi quinq; equitibus, ut eis assisterent, donec ad loca tuta peruenissent,

Dimittit Cortesius duos incolas e Temixtitan.

Nūciat Cortesius Incolas e Calco: cōtra hōes e Calco castra mouere



IE Sabbati Sancti, incolæ e Calco, & sui cōfœderati, & amici mihi nunciandum curarunt, Incolas e Mexico, contra eos moueri, & ostenderunt p̄no quodam albo pictas oēs Colonias, quæ aduers' eos proficiscebātur, & itinera, quibus proficisci debebant, & supplicabāt, q̄ omnino

subsidium eisdem transmitterem. & dixi eis, q̄ inde ad dies sex subsidium eisdem destinare, & si hoc interim necessitate aliqua præmerentur, mihi significandum curarent, & ego eisdem opem ferrem, Tertia die Pascatis reuersi sunt me rogatum, ut celerrime subsidium transmitterem, quia citius, quam fieri poterat Hostes appropinqabant, & ego eis aperui me velle ire ad opem eis ferēdā, & voce præconia mādari iussi esse in armis viginti quinq̄ equites, & pedites trecentos,

*Indie Calco
veniūt rogatū
auxiliū a Cor
tesio: cōtra do
minos e Te
mixtitan.*

QUIE IOVIS ante hoc, Venere ad Ciuitatem Tesayco, quidam nuncii e prouintiis, Tazapan, Mascalingo, & Neuten, & aliarum prouintiarnm, & significarunt aduentasse, ut se dederent in Vafallos Vestræ Maiestatis, & ut amicitia nobiscum iungerentur, quoniam ipsi nunq̄ aliquem ex Hispanis interemerant, & se erexerant contra seruitiū Vestræ Maiestatis, & attulere quasdam vestes ex Bombice, Eis gratias egi, & pollicitus sum, si essent boni, & fideles, illos bene tractarem, & sic lati reuersi sunt,

*Munera que
dā Cortesio
allata a dñis
e Calco.*

SEQVENTI die Veneris, qui fuit quintus dies aprilis, Dicti Anni Millesimi quingētesimi vigesimi primi, digressus sum ab hac Ciuitate Tesayco, comitantibus triginta equitibus, & trecentis peditibus, qui erant parati, & in ea dimisi triginta equites, & trecentos pedites, quibus prefeci Condissaluū de Sandoual Executorem maiorem, & mecum exiure, ad viginti milia hominum e Tesayco, & agmine composito, iuimus dormitū ad Coloniā Prouintiæ Calco, Tamanalco nomine, vbi optime fuimus recepti, & hospitati, & ibi (quoniam est locus munificentissimus,) postq̄ Incolæ e Calco, amicitiam nostram iniuerant, semper præsidium tenere, est enim in finibus prouintiæ e Culua, Postera vero die peruenimus ad Calco, nona hora diei, & nullā morā fecimus, nisi in alloquendo Dominos illius, & illis sententiam meam apperui, quæ erat semel ambire Lacū, cū cogitarem, q̄ eadē die transacta, quæ magni erat momenti, tredecim illi Bergantini essent perfecti, & parati, ut eos lacubus credere possemus, Et cum essem allocutus Dominos e Calco, hora vesperarum discessimus, & deuenimus ad eorum Coloniā, vbi se nobis coniūxere ad quadraginta milia hominum militum nobis amicorum, & ea nocte ibi quieuius, & quia Incolæ dictæ Coloniæ mihi retulere, incolas e Culua, me in planitie expectare, Iussi in aurora

*Proficiscitur
Cortesio op̄
larurus dñis
e Calco.*

*Intētio Cor
tesij circa obsi
dionem ciuita
tis Temixtita
tan.*

**Proficiscit
Cortezius in
hostes.**

**Montē ardu
um ppugnare
cōstituit Cor
telius cū Hys
panis.**

**Ad pixidis so
nū Hyspani
vndiq; mōtin
ppugnare in
cipiunt.**

**Duos Inter
ficiūt hyspanos
indi nec mōrē
occupare pos
sunt.**

gentes oēs esse in armis, & expeditas, & sequenti die post missarū solennia progredi cœpimus, & ego primū agmen occupavi comitantibus viginti equitibus, In extremo vero agmine, remansere equites decem, & eo pacto transiuimus cacumen arduum, Post meridiem peruenimus ad montē arduū, & altum, & in eius cacumine erat magna multitudo mulierū, & puerorū, & illius latera plena armatis vins, & illico vociferare cœperunt, fumos multos faciēdo, in nos fundis, & sine multos lapīdes, sagittas, Iacula & fustes iaciēdo, ita, q̄ cū peruenissent ad nos, multū incōmodi sustinebamus, & quamuis vidissemus, q̄ in planitie non ausi fuerāt nos expectare, mihi visum est (q̄uis aliud foret iter nostrū) esse pusilanimitatem vltius progredi, absq; eo, q̄ aliquid damni intulissemus, & ut amici nostri non arbitrentur nos ex segnitie illud pr̄termittere, Circumspexi montem, qui erat in circuitu fere per leucam, & vere tam natura munitus, & arduus, ut videretur fatuitas velle illum ascendere, & occupare, q̄uis eos obsidere possem, & eos ad deditionem cogere, non poteram me continere, & dum ita hererem, constitui illum ascendere tribus locis, quos conspexeram, & commisi Christoforo Corral Signifero sexaginta peditū, (qui semper me commitabatur) ut suo vexillo in eos irrueret, & ascenderet locum magis arduum, & quibusdam militibus Pixidibus vtentibus, & Balistis, ut eū intrepide sequeretur, Et IOANNI Rodriguez a Villa Forti, & Francisco Verdugo pr̄fectis, ut sociis suis, & quibusdā militibus Balistis vtentibus alio loco ascenderent, & Petro Dircio, & Andree a Monia raz pr̄fectis, ut alio loco aggredierentur, quibusdā paucis militibus pixidibus, & Balistis vtentibus, Et cum audirent pixidis sonum omnes constituerūt ascendere, & aut mori, aut Victoria potiri, Et cū audissent pixidis sonū, illico montē scandere cœpere, & hostibus cœpere duos Montis circuitus, & vltius ascendere nō preualuere, quia nec pedibus, nec manibus se sustinere poterant, Erat enim incredibilis asperitas, & arduitas dicti montis, & tot lapides manibus ab alto deiiciebant, qui, quamuis frangerentur maximum damnum inferebant, & fuit tam strenua Hostium defensio, vt duos nobis interfecerint Hyspanos, & vulnerarint vltra viginti, & nullo pacto illac transire potuimus. Ego autem, cū viderem impossibile esse, plus eo, quod feceramus posse efficere, & multos Hostium conuenire, ut in Monte constitutis opem ferrent, ut omnis planities esset Hostibus referta. Pr̄fectis mandavi, ut pedem referrent, & quum descendissemus eos aggressi

XVI

fuimus, qui erant in planitie eos vulnerando, & interficiendo, & duravit persecutio plusquam hora cum dimidia, & quum maxima esset Hostium multitudo, Equites fuere dispersi, & postquam conuenere, factus fui ab eis certior, qualiter peruenerat per Leucam ab eo loco, & viderant alium Montem, maxime refertum gentibus, tamen non tam arduum, & in planitie circum circa erant plurimae Coloniae, & duo non defuissent ibi, quae hic deerant, Primum erat Aqua. Aliud, quod cum Mons non tam arduus esset, non tantum obisteret, & quia sine periculo gentes illae non poterant capi, maxima cum maestitia (quam ea victoria potiri non potuissemus) inde discessimus, & profecti fuimus dormitum in alia Colonia apud dictum Montem, ubi maxime passi fuimus, quia nec ibi aquam potuimus competere, & tota ea die nec nos, nec Equi eam attingeramus, & sic mansimus ea nocte, audientes Hostium tympanos, Bucinas, & vociferationes,

Persequitur et:
interficit eos
telius Indos.

Nota etiam in
illis partibus
aliquibus esse
aquarum penuriam.



VVM illucesceret quidam praefecti, & ego suspeximus Crepidinam, quae nobis non minus ardua videbatur, quam primus mons, Habebat enim Abrupta, altiora quidem, non tamen ascensu ardua, & in illa erant plures pugnae aptae, ut ascensum prohiberent, Et praefecti, & ego cum aliis nobilibus, qui aderant, acceptis parmis pedites eorumque progressi fuimus (conduxerant enim equos, ut eisdem potum exhiberent per leucam ab eo loco) ut saltem videremus Montis situm, & unde possemus illum oppugnare, Et reliqui quamuis nihil eis fuisset commissum, nos subsequi coepere, Et quam primum peruenimus ad Montem illi, qui erant in Abruptis illius, arbitrati sunt me medium velle aggredi, & ea reliquerunt ut suis subuenirent, Ego vero quam primum conspexi eorum malum ordinem, & cogitans, si ea duo Abrupta occuparem, possem multum eis damni inferre, Absque multo strepitu, iussi praefectum cum suis commilitonibus, ut alterum ex eis ascenderet, occuparetque magis arduum, quod vacuum reliquerant, Ego autem, reliquis comitantibus Montem scandere coepi, ubi densiores erant Hostes, & Deo placuit, ut illius generum unum occupauerim, & collocauimus nos in loco tam elato, ut pene illum, ubi manus conferebant aequaret, quem videbatur impossibile vi occupare posse. Saltem sine maximo periculo, & damno, Iam praefectus unus collocauerat Vexillum suum altiori in

Nota in colle
admodum ar
duo: maximam
multitudinem
Indorum esse
contra Hispanos
nos paratos.

Nota Corres
sij circumspecti
onem in more
propugnando.

Deditionē fa-
ciunt Indit et
arma depo-
nunt.

parte dicti Montis, & inde iaculari cœpit in Hostes Balistis, & Pixidibus, Illi viso incōmodo, quod sustinebant, & animo voluētes futura, annuerūt velle facere deditionē, & arma deposuere humi, & semper mea extitit sententia, velle illis ostendere, nos nolle eos offendere, & damnum aliquod inferre, quamuis maxima essent pœna digni. Præsertim cū vellēt esse Maiestatis Vestræ Vasalli, & est gēs tantę rationis, ut hęc omnia optime percipiat. Iussi ut desisterent a damno eis inferendo, & cum me allocutum venere, eos lato vultu recepi, & cum conspexissent, quam gratiose secum agebamus, illis illud in altero Monte existentibus nunciarunt, Qui quamuis Victores mansissent, constituerunt tamē se dedere in Maiestatis Vestræ Vasallos, Et accessere veniam petentes errorū præteritorum, In ea Colonia apud Monte m, fuimus per dies duos, & inde vulneratos Milites ad Ciuitatem Te sayco conducendos curauī,

Peruenit
ad ciuitatem
Guastepeque
Cortelius.



Defugiūt In
die colonia y
antepeque: et
Cortelius ea
poritur.

ET INDE discessi, & Decima hora diei peruenimus ad Ciuitatem Guastepeque, de qua superius memini, & in domo Viridarii Domini ipsius oēs hospitati sumus, quod viridariū est maius, pulchriusq; omnib⁹, quę villo vnq; tempore visa sint, Continet enim intra se quatuor leucarū circuitū, & eo preterlabitur cōspiciuus fluuius, & de loco ad locū ad geminarū Balistarum iactū, sunt domus cū viridariis suis paruis, variis arboribus diuersorum fructuū, & herbis, & floribus odoriferis, & certe est spectatu dignū videre viridarii huiusmodi elegantia, & amplitudinē, Et eo die in eo hospitati fuim⁹, & Incolæ son omnibus possibilibus officiis prosecuti fuere, (Postera autem die discessimus, & octaua hora diei peruenimus ad Colonia magnam Yantepeque, in qua nos multitudo hostiū expectabat, & cum eo deuenimus, visum est eos nobiscum velle pacifice agere, Siue timore, quo præmebantur, siue ut nos deciperent, quia illico siue aliqua compositione fugere cœperunt, & Colonia deserere, & ego non curauī in ea morā trahere, & cum illis triginta equitibus eos insecuti fuimus per leucas duas, donec inclusimus eos in alia Colonia, quæ Giluteque nuncupat, vbi multos vulnerauim⁹, & etiā interfecimus, In ea inuenim⁹ Incolas admodum imparatos, Eo enim peruenimus, antequā eorū exploratores aduenissēt, & aliqui eorū obiēre, & cœpim⁹ plures mulieres, & pueros, Reliqui oēs terga fugę dedere, Ego morā traxi in ea Colonia diebus duobus, ratus dñm illius venturū, vt se Ma. Vřę subderet, & cū

XVII

non venisset in meo discessu. Ignem coloniae iniiciendum curavi, & ante quam ab ea discederem, venerunt ad me quidam alterius Coloniae Vltioris Yactepeque nomine, & supplices petiere, ut ut erroribus suis condonarem. quoniam volebant Maiestatis vestrae esse Vasalli, & ego eos benigne excepi, quoniam in eos iam condigne fuerat animaduersum,

Colonia comburendam curat Cortes.



ADEM die, qua discessi, perueni ante Coloniam quandam munitissimam Coadinabaced, & in ea erant multi viri pugnae apti, & erat Colonia tam munita, & circumdata, tot monticulis, & amfractibus, ut aliqui eorum decem hominum obtinerent profunditatem, & equites non poterant ingredi, nisi locis duobus, & eos tunc temporis ignorabam, & ut per ea loca ingredi possemus, cogebam ambire spatium leuicū cum dimidia, poteramus etiam ingredi per pontes ligneos, tamen eos extulerant. & erant tam arduo loco constituti, & tuto, ut si fuisset in decuplum pro nihilo nos habuissent, Et dum appropinquaremus, iaculabantur in nos plurimas sagittas, lapides, & fustes, & Et dum ita contenderemus, Indus quidam e Tascaltecal, ab hostibus non conspectus transiit loco admodum difficili, Quam primum Indium eum conspexere, rati sunt Hispanos illac transiisse, & hoc pacto tanquam caeci, & admirantes dederunt terga fugae, & Indus ille, & quatuor familiares mei eos insequabantur, & duo alii perfecti, quam primum viderunt Indum transeuntem, illum sequuti sunt, & transiuerunt, Ego autem cum equitibus cepi ambire ea loca usque ad montem, ut possem inuenire ingressum ad Coloniam, Indi hostes nostri, semper sagittas, & fustes in nos iaculabantur, quia inter nos & eos, non intercedebat aliud nisi amfractus, in modum fossae, & cum intenti essent pugnae nobiscum inite, & isti adhuc non conspexerant illos quinque equites Hispanos, aggressi sunt eos incautos a tergo, & vulnera illis inferre ceperunt, Et quum eos tam incautos offendissent, & non cogitantes, quod a tergo aliquid damni eis inferri posset, non enim ad aures suas perueuerat, socios transitum deseruisse, quo Indus ille, & Hispani transiuerant, erant admirantes, & non audebant conserere manum, & ex illis interficiebantur aliqui ab Hispanis, Et postquam videre veritatem rei, ceperunt se dare fugae, Et iam nostri ingressi erant Coloniam, & eam ceperunt comburere. & Hostes omnes aufugiebant, & ita fugiendo, confugiunt ad montem, quamuis multi ex illis perierint. Et Equites Hispani multos interemerunt. Et postquam

Nota difficilem locum ab indis presidio occupatum.

Portum coloniae Hispaniae.

Coloniae capta ab Hispanis.

Dominus ca-
ptae Coloniae
venit se obla-
tū in vasallum
Ge. Carhol.
Maieftatis.

inuenimus ingressum in Coloniā circa meridiem, in ea consti-
timus in domo sita in quodam viridario. Erat enim iam Colonia
penitus combusta, & hora iam tarda, Dominus Coloniae. & alii
qui Primates cogitantes q̄ in loco tam arduo, & tuto se tueri non
potuerant, timentes ne montē ascenderemus ad eos interficien-
dos, constituerūt uenire se oblatū in vasallos Vestrae Maieftatis,
Et ego eos in tales recepi, & mihi polliciti sunt, se in futurum vel
le esse nostri amici. Isti indi, & alii, qui veniebant ad se subiicien-
dum in Vasallos Vestrae Maieftatis, post cōbustionem domorū,
& depopulationem bonorū, retulere hanc subesse causam, cur tā
fero nostram iniuissent amicitiam, quia credebant luere pœnas
errorū cōmissorū, si primo pateretur sibi damnū inferri, arbitrātes
si damnū fuissent perpeffi, nos eos vltius odio prosequi non de-
beremus,

Datiunt mul-
tum Hyspani
defectu aquas-
rum: et aliqui
ex Indis siti
moziuntur.



Aggredit mu-
ntrum aggerē
Cortesiis q̄
porif: et ciui-
tate potitur.

A NOCTE dormiuimus ea in colonia, & sequēti die
secuti fuimus iter nostrum, per prouintiā, & pagos in-
habitos, & sine aqua, quā, & vnus montis cacumi-
na maximo labore, & erumnis trāsiuimus. & absq; po-
tu, adeo, q̄ plurimi ex Indis, qui erant nobiscum, siti periere, &
per sex leucas ab illa Colonia, ea nocte quieuiimus in quadā ha-
bitatione, & illucescente iter nostrū secuti, peruenimus in conspe-
ctū pulcherrime Ciuitatis Sichimilco nomine, quę sita est in lacu
aquę dulcis, & cum illius incolæ aduentum nostrum diu cogno-
uissent, aggeres multos, & fossas construxerāt, & pontes extule-
rant omniū ingressuum ad dictam Ciuitatem, quę abest a celebri
Ciuitate Ternixitan, tribus, aut quatuor leucis. & in ea erant stre-
nui multi, qui, aut Ciuitatem tueri, aut mortem subire constitue-
rant. Quum eo peruenissem, & milites suo ordine collocassem,
Equo descendi, & peditibus quibusdā comitantibus, deueni ad
aggerem quendam, quem extruxerant. post quem latebat maxi-
ma hostium copia, & cum cœpimus oppugnare aggerem, quia
paxidibus, & balistis utentes, illis dānum maximū inferebant,
eū deseruere, & Hyspani ingressi sunt aquas. & vltius progres-
si terram inuenere, & dimidię horę interuallo, qua secū pugna-
uimus, occupauimus potiorem portionem Ciuitatis, & hostes
retrocedentes ascēderunt eorum Canoas, & nobiscum certarunt,
donec nox superuenit, & aliqui querebant pacē, & alii propterea
a pugna non desistebant, & toties annuerunt paci, nunq̄ tamen
eam Executioni demandarunt, donec fuerimus ab ipsis delusi,

XVIII

& ideo id faciebant, Primo, ut hoc interim exportarent bona, & deinde morā interponerent, qua insubidiū illis aduentarent Incolę e Mexico, & Temixtitan. Eo die interfecerūt duos Hispanos, qui predę gratia ab aliis seiuncti proficiscebantur, & fuerunt in tanta angustia, ut nusq̃ auxiliū afferri potuerit, & in serocogitarunt hostes, quomodo efficere possent, q̃ nūq̃ a sua Ciuitate viui exire possemus, & cōgregata magna eorū multitudine, cōstituerūt nos aggredi ea parte, qua ingressi eramus, & cū eos veniētes vidim⁹, admodū admirati fuimus eorū strenuitatē, & velocitatē, & sex eqtes & ego, qui paratiores reliqs eramus, in eos irruimus, illi autē equorū strepitu percussi, terga verterūt, & sic eos fuimus insecuti extra Ciuitatē plures interficiendo, q̃uis fuerimus in maximo periculo, quia cū tā acriter pugnarent, multi ex illis ausi sūt equites expectare suis ensibus, & parmis, & cum essemus mixti illis, & diu fueramus eos insecuti, Equus quo ego insidebā fessus cecidit, & cū me peditem hostes conspexissent, aliqui contra me se mouerunt, Ego autem lancea me tueri cōepi, & Indus e Tascatecal (quē optime cognoscebā) cum me periculo inclusum, & in eo discrimine videret, ut opem ferret aduolauit, & ipse cum familiarium meo, qui aduenit ereximus equum, & eo instanti aduenere Hispani, & aufugerunt, & ego vna cum equitibus. cū essem⁹ fessi, reuersi fuimus in Ciuitatē, & q̃uis nox appropinquaret, & quieti nos dare deberemus, iussi q̃ oēs pontes elati, quibus transibat aqua obstruerentur lapidibus, & cespitibus, qui aderant, vt equites possent ciuitatem ingredi, & egredi sine labore, aut periculo, & inde non discessi donec illa mala itinera optime fuissent resecta, & maximo ordine excubiarū eam noctem consūpsimus.

Interficiuntur duo hispani q̃ desiderio p̃gre de seiuncti ab aliis erant.

Nota Cortesii esse in maximo vite periculo constitutū.

Hostes oppidos curar maxima diligentia Cortesius

QVENTI die cū oēs Incolę e Mexico, & Temixtitan, cognoscerent me esse in ciuitate Sichimilco, decreuerunt nos terra & lacu modo aliquo circumdare, cogitabant enim nos non posse euadere, & ipse ascēdi turrim Idolis suis dicatā, vt conspicerem. quo ordine progrederebantur, & vnde nos aggredi possent, ut remediū quantū deceret apponerē, & cū omnia preparassem, aduentauit maxima Canoarū copia, quę ascendebant ad bis mille, quibus vehebantur vltra duodecim milia hominum, terra vero procedebat tanta multitudo hominum. vt planitiem omnem operirent, & Duces eorū, qui preibant habebant in manibus Enses ex nostris, & clamando eorum

Nota. Maximam Indorū multitudinē Hispanos aggredi.

Mota modū
quo Indi in a
ciē pgrediūt.

Aufugiūt In
di viſis pediti
bus & ab equi
tib⁹ intercepti
unt interimū
turq; plurimi

Reuertit ad
ciuitatem Si
chimilco Cort
ezius cū Hy
spanis.

Indi Cortesi
um aggrediū
tur q̄s fundit
& in fugā ver
tit.

prouintias, videlicet Mexico, Mexico, Temixtitan, Temixtitan
proferentes in nos iurgia multa, & minabantur velle nos interfi
cere eisdem ensibus, quos nobis abstulerant, in ciuitate Temixti
tan, & cū iam declarassem, quē locū quilibet præfectus obtinere
deberet. & q̄a cōtinentē versus, erāt maximē hostiū copiē, eos ag
gressus sū eq̄tib⁹ viginti, & indis quingētis e Tascaltcal, & di
uisim⁹ nos in partes tres, & eis iniunxi, q̄ postq̄ cōgressi essent,
pedē referrent ad radices vnus mōtis, qui per mediā leucē spatiū
aberat, q̄a pariformiter ibi constiterāt multi ex hostib⁹, & ita di
uisā, quālibet turma per se aggressa est hostes, & illis profligatis
& vulneratis, & multis interfectis, retrocessimus ad radicē mōtis
& mandauī quibusdā familiaribus meis peditibus, qui mihi ser
uiuerant, & qui erant agiles, ut experirentur scandere montē ab
ea parte, vbi asperior videretur, & ipse cū Equitibus circūdarem
montem ubi locus erat planior, & eos ita interciperemus, & sic
euenit, quoniā cū conspexere Hispanos montem ascendere, ratī
se tuto posse fugere terga verterūt, & obuiarūt nobis, qui eram⁹
quindecim equites: & eos aggressi fuimus, & similiter illi e Tas
caltcal, ut breui spatio vltra quingētos ex illis fuerint desiderati,
& reliqui omnes euasere, & aufugerūt in mōtes. Reliqui sex equi
tes, forte fortuna ingressi sūt latū & planū iter hostes vulnerādo,
& per leucā & dimidiā e Sichimilco, offenderunt agmen hominū
belligerorū, qui ueniebant hostibus opem laturi, eosq; profliga
rant, quosdam vulnerarunt, iam cū in unū conuenissemus omnes
circa decimam diei reuersi sumus in ciuitatē Sichimilco, & in
gressus inueni Hispanos multos desiderantes nostrū aduentū,
ut scirent quid nobis successerat, & mihi exposuerunt, se fuisse in
maximo piculo cōstitutos, & ipsos (uires plusq; suggererāt) eni
xos, ut hostes eiicerēt, ex q̄bus maximā interfecerāt multitudinē,
& mihi elargiti sunt duos enses, quos nostri indis abstulerant, &
dixere milites Balistis utentes, amplius nullas obtinere sagittas,
nec pixidibus vtētes puluerem, & dū sic essemus anteq̄ equis de
scenderemus, aduenit maximū hostiū agmen, per amplū stratā
viam maxima vociferatione, & illico in eos irruimus, & cum ab
vtraq; viā stratē latere esset lacus, se in eū proiecere, & eo pacto
eos fudimus, & sic militibus coniunctis, admodū lassī Ciuitatem
fuimus ingressi, & vniuersam incendi iussī, præter hospitium vbi
morā trahebamus, & sic fuimus tribus diebus in hac Ciuitate &
nullo die fuimus sine pugna, postremo relicta Ciuitate igne con
sumpta, & destructa discessimus, & certe erat speciosa, in ea enim

erant multæ domus, & turres suis Idolis dicatę ex lapidibus quadras, & ne sim prolixus, præmitto multa miranda, quę erant in ista Ciuitate.

Nota pulchrã ciuitatē: cū elegantissimis domibus et mensuris.



A DIE, qua discessi. exiui extra Ciuitatem ad quãdã plateã, quę est in continenti, & est prope Ciuitatem, qui locus est vbi Incolę habent nundinas suas, & ordinem ponebã, ut decem equites primũ obtinerent agmen, decem medium agmen peditum, & ego vna cū aliis decem extremum agmen obtinerẽ, Incolę vero e Sichimilco, ubi nos progredi conspexere, cogitãtes nos eorũ timore discedere, a tergo aggressi sũt magno clamore, & decem equites vna mecũ aggressi fuimus eos, donec in aquas proflire coegimus, adeo ut nos vltra non sint insecuti, Et eo pacto incẽptũ iter profecuti fuimus, & hora decima diei perueuimus ad ciuitatẽ Cuyoacan, quę abest a Sichimilco, duabus leucis, & a ciuitatibus Temixtiran, Culuacan, Vchilubuzco, Yztapalapa, Cuytagnaca, & Myzqueque, (quę oēs sunt sitę in aquis, & ex istis nulla maiori leucę cū dimidia interuallo ab alia distat) eam habitatoribus vacuã cõperimus & in ea fuimus hospitati in domo Domini ipsius. & ibi fuimus eo die, quocũ ingressi fuimus. & sequenti. & quia perfectis Bergãtinis, constituetã obsidere Ciuitatem Temixtitan, volui prius videre sitũ huius Ciuitatis, & ingressũ, egressũq; & quo in loco Hispani possent offendere, aut offendi, Et sequenti die, qua perueneram, assumptis quinq; equitibus, & ducentis peditibus, sic progressus sum ad lacus littora, qui erat prope per uia stratam, quę ingreditur Ciuitatẽ Temixtitan, & vidim⁹ tot Canoas militibus refertas, ut pene infinitus earũ esset numerus, & deuenimus ad aggerẽ, quẽ constituerãt in ipsa strata uia, & pedites eũ oppugnare cõpere, & quous fuerit acris oppugnatio, & multũ obstiterint, & vulnerarint decem Hispanos, eũ tamen aggerẽ tandem occuparunt, & multos ex Hostibus neci dederunt, & quãuis Balistis, & pixidibus vtentes, remansissent sine puluere, & sagittis, Et ex eo vidimus dictã viam stratam recto tramite aqua procedere ad Ciuitatem Temixtitan, per leucam cū dimidia, & eã cum illa, quę tendit ad Ciuitatem Yztapalapa, refertas viris sine numero, & considerato eo, quod videre desiderabã, quoniã in hac Ciuitate, esse debebat præsiidiũ ex equitibus, & peditibus, Collegi nostros, & sic reuersi sumus cõburendo domos, & turres suorũ Idolotum, & sequenti die discessimus ab hac Ciuitate ad Ciuitatẽ Tacuba.

Nota plures in lacu esse ciuitates.

Occupat aggerem cū Hispanis Corte sius magno labore: et periculo.

Causa narrat
Cozteli? cur
ad hanc ciuita
te puenirit.

Hispani duo
capiuntur ab
Indis.

Se in insidijs
collocat **Coz**
telius cu equi
tibus: et mul
tos ex eis iter
fecit.

Numerat coz
telius ciuitates
et loca: vbi noc
te quiescit qui
reuertitur.

que abest duarum leucarum spacio, & peruenimus illuc decima die preliando vndequaquam, Hostes enim ex Aqua prodibant aggressuri Indos, qui sarcinas nostras afferebant, & inueniebant se delusos, & sic nos pacifice prodire permittebant, & quia ut dixi mea sententia erat circumire omnem Lacum, ut perlustrare, & melius cognoscere situm prouintia, & etiam ut opem ferrem Indis amicis nostris, Noli moram trahere in Ciuitate Tacuba, & quam Incolae Temixtitan, quae est illi propinqua, (extenditur enim tantum Ciuitas, ut fere in continentem usque protendatur dictae Ciuitatis Tacuba) conspexere nos ulterius progredi, animis creuere, & maxima alacritate coepere aggredi sarcinas nostras, & quam nos equites essemus optimo ordine constituti, & in planitie hostibus damna multa absque nostro incommodo inferebamus, & dum modo huc, modo illuc curreremus, & quam aliquando Iuuenes quidam familiares domestici mei me sequerentur, vna vice, ex illis duo non sunt sequuti, & inuenerunt se eo in loco, vbi ab Hostibus capri fuerunt, qua propter rati fuimus, hostes in eos maxime animaduersuros, ut facere solent, qua ex re deus est testis doloris, quem sustinui, tam, quoniam erant Christicolae, quam, quoniam erant viri strenui. & hoc bello optime Maiestati Vestrae inseruiuerunt, Et quam exiuissemus ab hac Ciuitate, coepimus, iter nostrum profequi per alias Colonias circumuicinas, & appropinquauimus multitudini, & tunc ibi cognoui Indos captiuos habuisse eos Iuuenes, & ut mortem eorum vindicarem & quia Hostes nos insequerentur maiori vociferatione, quam dici potest, Ego viginti equitibus in insidijs me collocaui, post domos quasdam, & quam Indi viderent reliquos decem Equites cum sarcinis, & reliquam multitudinem preire, semper eos sequebantur per iter, quod erat latum, & planum nil suspicantes. & quam aliquos iam transisse conspicerem, Inuocaui nomen Sancti Iacobi, & acriter in eos irruimus, & antequam nos deducerent in fossas, quae erant proxime, ex illis interfeceramus ultra centum. & ex primatibus, & strenuis, & noluerunt ulterius nos persequi, & ea die iuimus dormitum ad Ciuitatem Coatinchan lassum, & madefactum quoniam multum pluerat, & iam hora erat tarda, & eam habitatoribus vacuam coeperimus, & sequenti die incepimus iter nostrum profequi, semper certando cum aliquo ex Indis, qui nos vociferando aggrediebantur, & iuimus dormitum ad Coloniam quandam nomine Gilotepeque, & eam inhabitatam inuenimus, Et alio die hora duodecima diei, deuenimus, ad Ciuitatem Aculman, quae subest domino e Tesayco, vbi ea nocte quieuiamus, & fuimus optime ab Hispanis recepti, & lata

ti sunt maxime aduentu nostro, quoniã post meũ ab eis discessũ, nil a nobis vsq; ad eũ diem, quo illuc deuenimus, acceperãt, quũ multas suspitiones habuissent in Ciuitate, & habitatores eiusdẽ quotidie eis significabant Incolas e Mexico, & Temixtitan cõtra eos arma moturos, dũ ego loca illa perlustrarem, & sic eo die constitutũ fuit, quod fuit mirum, in quo Maiestas Vestra maximũ a depta est cõmodũ multis rationibus, quas postea referamus,

Nota varia fuisse relata de Hispanis.

QUO DIE Potentissime, & inuictissime Domine, moram trahebã in Ciuitate Temixtitan, ab initio quãdo illuc perueni, ut in prima Relatione Maiestati Vestrã significauĩ, qualiter in duobus, aut tribus prouintiis ad hoc constitutis, pro Maiestate Vestra domus quẽdam conficiebantur ad culturam, in quibus essent laboratores, & alia conformia patriã, & ad vnã illarum, quã dicitur Chinanta, misi duos hyspanos, & ista prouintia non subiacet Incolis e Culua, & in alijs, quã subiciebantur tempore, quo me oppugnabãt in ciuitate Temixtitan, interfecerãt eos Hyspanos, qui morabãtur in illis locis, & de predati sunt omnia, quã in eis continebantur, quẽ erant magni momenti data loci cõparatione, & ab illis Hyspanis, qui remansere in Chinanta transactus fuit Annus, anteq; aliqd̃ audiuerim, qui a quũ oẽs illã prouintia defecisset, ipsi aliquid intelligere a nobis nõ poterãt, nec nos ex illis, & isti Incolã e Chinanta, significarũt (quũ essent Maiestatis vestrẽ Vasalli. & hostes Incolis e Culua) dictis Christicolis, q; nullo pacto ab eorũ prouintia pficiscerẽt, quia Incolẽ e Culua nos pluriũ oppugnarãt, & arbitrabantur paucos, aut nullos inperesse, & sic morã traxere dicti Hyspani in ea prouintia, & alterũ ex illis, qui erat iuuenis, & Martialis, eorũ ducem constituerunt, & hoc interim eisdem hostes eorũ aggrediebatur, pro maiori parte ipse, & Incolã e Chinanta, victoria potiebantur, & quũ diuino auxilio aliquantulũ nos refecissemus, & victoria aliqua potiri incepissemus contra hostes, qui nos profli-gauerant, & eiecerant a Ciuitate Temixtitan, Incolã e Chinanta significarunt Hyspanis illis, eos audiuisse hyspanos esse in prouintia Tepeaca, & si desiderarent vera cognoscere, ipsi destiuarent duos Indos, quibus iter essent facturi per multas hostiles prouintias, curarent tamen noctu proficisci, & extra cõsueta itinera, donec peruenirent ad prouintiã Tepeaca, & vnus ex Hyspanis, qui erat prudentior, ad nos litteras destinauit tenoris subsequẽtis,

Domus aliã quas faciẽdas curauerat Cortesius.

Verba incolarum e Chinanta Hispanis: qui apud eos reperiebantur

Incolẽ e Chinanta nunciũ destinant ad Cortesiu: cũ literis vni⁹ Hispani.

¶ Nobiles Domini, duas, aut tres litteras Vestris Nobilitatibus

Continuatur
epistola Ferdinandi ad Hispanos milites

exaravi. & ignar⁹ sū an vobis reddita fuerint. nullū illarū respōsum habui, Pariformiter dubito hanc ad manus vestras peruenire posse, Significo Nobilitatibus vestris, q̄ omnes incolæ e Culua defecerunt, & bella gerunt, & pluries nos aggressi sunt, ad laudem tamen omnipotentis dei victoria fuimus potiti, & cum Incolis e Tuxtebeque, & fœdere iunctis illis e Culua assidue bella gerimus, illi qui subiacent suæ Maiestati, & eius sunt Vasalli, sunt septem Ciuitates eprouintia Tenez, & ego, & Nicolaus semper morati fuimus in Chinanta, quæ primaria est, maxime desiderarent scire, vbi locorū cōperiat⁹ capitaneus, vt ad illū litteras dare possemus, & illū certio⁹ facere de omnibus hic gestis, & si forte mihi significaueritis vbi se contineat, & destinaueritis viginti, aut triginta Hyspanos proficiscer⁹ illuc cū duobus Incolis harū prouintiarū, qui similiter exoptant Capitaneū videre, & alloqui, & bene conduceret, quia quū iam tempus instet colligendi Cacap, illi e Culua bello non permittunt, Dominus custodiat Nobiles vestras personas. vt ipsæ met desiderant, E Chinanta, quo die Aprilis ignoro, M, D, XXI. Ad Domina, Vest, seruitiū Ferdinandus de Aarruntos,

Affer⁹ epistola Ferdinandi Cortesio: ex qua maximā capiūt voluptatem omnes Hispani.



IVAM primū dicti Indi peruenere ad dictam prouintiam Tepeaca cū dicta epistola, Præfectus. quē cū hyspanis quibusdā quos ibi dimiserā, illico eā ad ciuitatē Tesayco mihi perferēdā curauit, qua accepta, maxima repleti fuimus lætitia, quia (q̄uis fidissimū nosse illorū e Chināta animū) cogitabam⁹, q̄ si fœdere iungerētur Incolis e Culua, eos Hyspanos neci darent, Quibus illico rescripsi, significando omnia, quæ successerant, & sperarent, q̄ q̄uis vndiq̄ circūdarentur, cito Deo annuente essent liberi, & tuto possent ingredi, & egredi,

Omnibus locis & nōis possibilib⁹ parat Cortesius obsidere ciuitatē Temixtitan.



MOST q̄ circūiuimus Lacū, ex qua inspectio⁹ plures modos, ut dictā Ciuitatem Temixtitan, tam maritima, q̄ terrestri obsidione cingeremus, concepimus, Morā traxi in Ciuitate Tesayco, parādo melius, q̄ fieri potuit viros, & arma. & diligentia adhibēdo, ut perficerent Bergantini, & quedā machina, qua eos conduceremusq̄ ad Lacum, quæ machina cæpta est fabricari eo instāti, quo eo peruenere cōpages, & tabula ipsorū Bergantinorū, in fossato quodā, quod erat ante domos Ciuitatis, & progrediebatur donec Lacū ingrederetur, & ab eo loco vbi Bergantini colligati sunt, & dicta machina cæpta est, di

stat ab ipso lacu fere per media leuæ spatiū, & huic operi incubuerunt quotidie ad octo milia hominū Incolarū ex Aculuacan, & Tefayco, Machina enim illa erat profunditatis gemini hominis status, Ita q̄ Bergantini poterāt conduci ad lacū sine periculo, & labore, quod opus fuit maximū, & admiratione dignū, Et perfectis Bergantinis, & illis machinæ impositis vigesima octaua die Aprilis Dicti Anni, recensui nostras copias omnes, & comperi octuaginta sex equites, Centū, & octodecim milites Balistis, & pixidibus vntes, & septingentos, & vltra pedites, ensibus, & parmis fulcitos, & tria magna ferrea tormenta, & quindecim parua tormenta fusilis Aeris, & decem Centipondia pulueris, qua lustratione facta, comisi hyspanis omnibus, vt custodirent, & adimplerent ordines, quos ego inter eos constituerā pro rebus belli quantū illis esset possibile, & lato animo essent, & vires assumerent, quū cernerent deū optimū maximū nobis modum elargiri, viderent, ut victoria potiremur contra hostes nostros, & optime cognoscebant nos quū ingressi sumus ciuitatē Tefayco, nō habuisse vltra quadraginta equites, & deū nobis opem tulisse melius, q̄ excogitaramus, & aduentasse Naues equis, viris, & armis refertas, quæ omnia ipsi nouerāt, & ea etiā imprimis, quia quū pugnaremus pro Sanctæ fidei nostræ fauore, & augmento, & ut ad seruitiū Vrx Maiestatis cōpelleremus tot ciuitates, & prouintias, quæ iam defecerant, ipsi merito constituere deberēt, aut eas vincere, aut mori, Et ipsi responderunt, & demonstrarunt ad hoc esse paratos, & illud desiderare, & diē illū, quo milites recensui, consūpsimus magna animorū exultatione, & desiderio nos videre obsidionē, & perficere hoc bellū, a qua depēdebat omnis pax, aut ruina istarū prouintiarū.



SEQVENTI die Nuncios destinaui ad Ciuitatē Tascaltcal, Guaxacingo, & Churultecal, eis significatū, Bergantinos iam esse perfectos, & me cū omnibus militibus esse accinctū itineri, ut obsidione cingeremus ciuitatē Temixtitan, Qua propter eos rogatos volebam, q̄ cū eos iam certiores reddidissē, & gentes suas paratas haberēt, ipsi maioribus, & ornationibus ad bellū Copiis ad me proficiscerentur ad ciuitatem Tefayco, vbi eos expectarē decē dierū spatio, & nullo pacto hoc prætermitterent, quoniā esset maximū impedimentū rebus omnibus, quas iā parauerā, Quū eo nuncii peruenissent, & Incolæ essent parati, optantes cōgredi cū Incolis e Culua, Incolæ e

Dd iii

Ad bergantis
nozū opus
semper erant
octo milia ho
minū: quotti
die laboratiū.

Recenset mi
lites Cortesii
in hostes e cu
lua terra lacu
q̄ profectur?

Nota Hyspa
nozū animū
contra hostes
e Culua.

Cortesii man
data perferen
da Indis era
scaltcal & ali
is sibi amicis.

Incole e Guaxacingo & Churultecal proficiscuntur ad ciuitatē Calco.

Guaxacingo, & Churultecal profecti sunt ad Ciuitatē Calco, ita enim eisdem mandauerā, quia illac ingredi debebāt, ut ciuitatē obsidione cingerent, Duces vero Incolarū e Tascaltecal militibus strenuis, & bello aptis comitatibus ad ciuitatem Tesayco profecti sunt per dies quinq; aut sex ante pasca Spiritus sancti, quod fuit tēpore eisdem assignato, & quū scirem diem, quo appropinquabant, eis obuiā progressus sum magno gaudio, & ipsi veniebant tam læti, & compositi, ut melius dici non possit, & secundū numerū a Ducibus nobis relatū, erant vltra quinquaginta milia hominum bello aptorum, qui a nobis optime recepti sunt, & bene hospitati,

Recēset copias Cortesius et exponit numerū Hispanorum.



IE Secunda post pasca, omnes copias tam peditū, quā equitū plateā istius ciuitatis occupare iussi, ut eas componerem, & consignarem prefectis eā quātitatem, quā adducere debebāt præsidio triū Ciuitatum, in quibus collocare præsidiū conducebat, quæ circundant Ciuitatem Temixtitan, & vni præsidio prefeci Petrū de Aluarado, & ei constitui triginta equites, decem & octo Balistis, & Pixidibus vtentes, & quinquaginta pedites ensibus, & parmis fulcitos, & vltra viginti quinq; milia virorū bello aptorū ex incolis e Tascaltecal, & illi debebant castra ponere in Ciuitate Tacuba,

Præsicitur Christophoro Dolid præsidio Cuyoacan.



SECUNDO præsidio prefeci Christophorū Dolid, cui impartitus sum triginta tres equites, & octodecim Balistis, & pixidibus vtentes milites, & centū & septuaginta pedites parmis, & Ensibus armatos, & vltra viginti milia hominū ex Indis nobis amicis, & isti debebant castra sua ponere in ciuitate Cuyoacan,



TERTIO vero præsidio, prefeci Condifaluū de Sandoval executorem maiorē, & illi concessi viginti quatuor equites, quatuor pixidib; vtentes milites, & tredecim Balistis, & centū quinquaginta pedites ensibus, & parmis aptos, ex quibus erāt illi quinquaginta electi Iuuenes, quos mecum semper habebam, & oēm multitudinem e Guaxacingo, Churultecal, & Calco, quæ ascēdebat ad triginta milia hominū, & isti proficisci debebant ad ciuitatem Yztapalapa, ut eā destruerent, & vterius progredi via strata auxilio, & ope Bergantinorum, & coniungere se cū præsidio imposito ciuitati Cuyoacan, ut postq; ingrederer lacū Bergantinis Dictus Maior Executor, sua poneret castra loco magis commodo, & conuenienti,

Qui debeant esse præsidio ciuitatis Yztapalapa.

NRO Bergantinis, quibus ingredi debebā lacū, dimisi trecentos homines, ut plurimū Mari asuetos & agiles. ita q̄ quolibet Bergātino vehebant viginti quinq; hyspani, & quilibet Bergatinus habebat p̄fectū suum, & Nauculū, & sex milites Balitis, pixidibusq; vientes.

Disponit milites qui sint in bergantinis.



ATO ORDINE supradicto, duo p̄fecti, qui debebāt esse cū militib⁹ in Ciuitatibus Tacuba, & Cuyoacan, postq; acceperant instructionē omnīū agendorū, discessere a ciuitate Tesayco decima Mai, & iuerūt dormitū ad Leucas duas cū dimidia ab ea in Colonia optima Aculman nominata, & ea die cognoui inter p̄fectos fuisse controuersiam circa hospitia, illico ea nocte modū imposui, omnia pacifica reddidi, & eo quendā destinavi, qui eos reprehēdit, & sequenti die ab eo loco discessere, & p̄fecti sūt ad aliā Coloniā Gilorepeque nominatā, quā inhabitatā cōperere, Ingressi enim erant hostium prouintias, & sequenti die p̄secuti sunt iter suo agmine composito, & ea nocte quieti se tradidere in quadā Ciuitate nomine Guantican, de qua Maiestati vestrā antea mentionē feci, quā pariformiter inhabitatā inuenere, & eadē die trāsgressi sunt duas ciuitates, & Colonias, quibus etiā nulli homines inerant, & hora Vesperarū Ciuitatē Tacuba ingressi sunt, quæ similiter erat inhabitata, & hospitati sūt in domibus Domini ipsi⁹, quæ sunt egregiæ, & amplæ. Quis hora iam esset sera, p̄fecti sunt ad vias stratas, quæ ducunt ad Ciuitatem Temixtitan, & decertarunt per tres horas, cū Incolis ciuitatis, & cū nox eos aggressa est, reuersi sunt absq; aliquo eorū discrimine ad ciuitatem Tacuba,

Nota discordiā inter p̄fectos & yspanos p̄pter hospitia.

SEQVENTI die sūmo mane duo illi p̄fecti conuenerunt, quib⁹ modis ut illis iniunxerā, auerterēt aquam dulcem, quæ cannalibus ingrediebatur ciuitatem Temixtitan, & eorū alter p̄fectus est ad ortū fluminis, comitatus viginti equitibus, & quibusdam aliis Balistis, & pixidibus vtentibus, qui fluuius aberat, quarta portione unius leuce, & ibi incidit, fregitq; cannales, qui erant ex ligno, & ex lapide quadrato, & acriter pugnā cū hostibus iniuit, qui illum impediebant e lacu, & terra, & tādē eos profliggauit, Negotiūq; expediuit, ad quod perficiendum aduentarat, scilicet ut aquam ciuitate inclusis auferret, quæ ciuitatem ingrediebatur, quod facinus fuit audens, & validum,

Decertat iter Indos et yspanos in illa strata via.

Franguntur fistule ab yspanis: quibus aqua conducebat in ciuitatē Temixtitan.

Apertur mala itinera circa lacum: ut equites comodos de ire & redire possent.

Partis Cosariensis prefectorum qui militibus presidij constitutis presunt.

Mota assidua bella inter hispanos & Indios.

Quid sit Maiz.

ut Ciuitate inclusis aquam dulcem auferret, quæ Ciuitatē ingrediebatur, quod facinus fuit audens, & validum,



ADEM die Præfetti aptanda curarunt mala quædam itinera, pontesq; & fossata, quæ ibi circa lacū cõperiebantur, ut Equites huc, & illuc concurrere possent, & hoc perfecto in quo mora fuit trahenda per tres, aut quatuor dies, in quibus pluries cõkursū est cū Incolis ciuitatis Temixtitan, in quibus concursib9 aliqui Hyspani vulneribus affecti sunt, & plurimi ex hostib9 interfecti. & occuparūt plures aggeres, & pōtes, & intercessere colloquia, & duella inter Incolas Ciuitatis, & eos e Tascaltcal, quod erat dignū admiratione, Christophorus Dolid præfectus, qui præsidio esse debebat in ciuitate Cuyoacan cū cõmilitonibus suis discessit, Est autē Cuyoacan per leucas duas a ciuitate Tacuba, Et præfectus Petrus de Aluarado remansit præsidio ciuitatis Tacuba, vbi quotidie pugnam, & leuia prælia cõmittebant cū incolis Ciuitatis, Et eo die quo Chroforus Dolid discessit Cuyoacan versus, Ipse, & socii peruenere decima hora diei, & hospitiū suū voluere in domibus Domini ipsius ciuitatis, & habitatoribus vacuā ciuitatem inuenere, Et sequenti die profecti sunt ad viā stratā, qua proficiscitur in ciuitatē Temxititan, viginti comitantibus equitibus, & aliquibus Balistis vtentibus, & forte septem milibus Indis e Tascaltcal, & inuenere hostes maximo apparatu, & viā stratā demolitā, & aggeres multos fabricatos, & cū illis præliū iniuere, & milites Balistis vtetes aliquos vulneribus cõfecere, interfeceretq;, & eo pacto secutū est per sex dies, in quorū quolibet fuit aliqua pugna, & leuia prælia, Nocte quadam hostiū vigiles aliqui Incolarū ciuitatis peruenere vociferatū prope Castra, & excubię Hyspanorū ad arma cõclamatūt & milites castris exiere, & nullū ex hostibus inuenere, quia multū longe a Castris voiferati fuerant, quæ illis aliquid timoris iniecerant, & quū nostri essent diuisi in tot partes, cupiebant illi præfetti duorū præsidiorū meum aduentū cū Bergantinis tanq; eorum salutem, & ea spe fuere per aliquos paucos dies, donec perueni, ut infra dicā, & his sex diebus, milites duorū Castrorū quotidie iungebantur, & equites quū essent alter alteri proximi prouintiis vagabantur, & aliquos ex hostibus vulnerabant, & ex montib9 conducebant multū Mayz, ad vsum Castrorum, quod est panis, quo vtuntur in his partibus, & est perfectius illo, quod nascitur in Insulis,



IN CAPITIBVS Superioribus retuli me perma-
nere in ciuitate Tesayico tercētis militib⁹ Hyspanis
& tredecim Bergātinis, quia cū scire præsidia esse
in locis, ubi castra sua ponere deberent, ego Ber-
gātinis ascenderē, & aliquod Canois damnū in-
ferrem. & ciuitatē lustrarē, & quāuis admodū desiderarem terra
proficisci, vt Castris ordinē imponerē, quū præsēcti essēt, quibus
plurimū fidere possem rebus, quas iniunxerā, & Bergātinorū ne-
gotiū esset multi momenti, & postulabat maximū ordinem, & in-
geniū, Decreui eos ascēdere, quia maior fortuna, & sors expecta-
batur aquis, & quīs a principalioribus cōmilitonib⁹ meis infor-
ma fuerim monitus, vt proficisceretur cū præsidiis, quū ipsi cogita-
rent ibi plus periculi esse. ¶ Sequenti die post festū Corporis
Christi in aurora iussi exire Ciuitate Tesayco Cōdisaluū de San-
doual maiorem executorem cū suis copiis Yztapalapa versus, &
circa meridiem eo peruenere, quę ab erat sex leucarum spacio, &
eā cōburere cōepere, & pugnare cū Incolis eiusdem, & quū vide-
rent potentiā quā, habebat Dictus maior executor. illū enim co-
mitabantur vltra quadraginta milia hominū Indorū nobis amī-
corū, retrocessere ad aquas, & Canoas ascenderūt. Et Maior Ex-
ecutor cū omnibus copiis, quas ducebat, collocauit se in dicta ci-
uitate, & ea die ibi morā traxit expectās quid mihi eueniret.

QVVM dimissis Maiorē executore, illico Bergātinis a-
scēdi, & velis, Remisq; incubuimus, & dū maior exe-
cutor pugnabat, & cōburebat ciuitatē Iztapalapa, de-
uenimus in conspectū vnus collis alti, & muniti, qui
est prope ciuitatē Iztapalapa, & totus est in aquis, & erat muni-
tissimus cui insidebat maxima hominū multitudo, tā ex coloniis
circūvicinis, q̄ ex Incolis Temixtitan, Iā enim illi optime cogno-
scebāt, me primo cēgressurū cū incolis e Yztapalapa, & ibi cōsti-
terāt ut se a nobis tuerētur, & nobis obessent si possent, & quū cō-
spicerēt nos eo applicare, vociferare cēperunt, & fumos emittere,
vt oēs ciuitates in lacu cōstitutæ cognoscerent, & essent paratæ, &
quīs mea sentētia esset pficisci oppugnatū eā partē ciuitatis Izta-
palapa, quę lacui heret, aggressi sumus existentes in dicto colle,
& descēdi cū centū & quinquaginta hominib⁹, & quīs esset ardu⁹
& excelsus, magna difficultate ascendere cēpimus, & ui expugna-
uim⁹ aggeres, quos extruxerāt ad sui tutelā, & ingressi fuim⁹ eo
modo, vt nullus ex illis euaserit pręter mulieres, & pueros, & hac
pugna vulnerarūt viginti hyspanos, tñ uictoriā cōsecuti fuim⁹.

*Nota Cortesij
animum in
bergātinis es-
se omne dam-
num host. um
e Temixtitan*

*Cōdisaluus
e Sandoual:
Iztapalapa p-
ficiscitur cum
suo presidio.*

*Bergātinis
ascendit Cortesius.*

*Aggredit⁹ ho-
stes Cortesij
in colle consti-
tutos: q̄s om-
nes interficit.*

Uisio bergāti
nis incolę Iz
tapalapa fu
mos emittūt:
et canois illuc
inuehunt visu
ri qđ sint ber
gantini.

Vento secun
do afflāte ber
gantinis cano
as aggredit
Cortesijs: et
in fugā vertit.

Nota Hyspa
nos maxie de
siderare ber
gantinozū ad
uentum.



QVVM Incolæ ex Iztapalapa fumos emisissent a quib⁹
dam turribus Idolorū, quæ erāt cōstitutæ in colle quo
dam excelso, & propinquo suæ Ciuitati, Incolæ e Te
mixtitan, & aliarū ciuitatum in lacu cōstitutarū cogno
uere, me iam ingredi lacū cū Bergantinis, illico tanta Canoarum
multitudo in vnū conuenit, ut nos aggredere, & tentatū veni
rent, quid essent Bergantini, & ut conicere potui erant vltra quin
gentas, & quū viderem eos ad nos recto tramite aduētare, ego &
illi, qui ascenderamus Collē, Bergantinis descendimus maxima
celeritate, & mandauī Bergantinorū præfectis, ut nullo pacto se
mouerent, vt illi in canois existentes nos aggredi constituerent, &
crederent nos timore perculsos, non audere eos aggredi, & sic cœ
pere magno impetu dirigere Canoas in nos, ad binos tamen Ba
listæ iactus remansere, & quieuerunt, & quū animo voluerem, ut
primo cōgressu maxima potiremur victora, & ita faceremus, ut
hostibus timorem maximū incuterem⁹, quum sūma totius belli
in eis sita esset, & vnde ipsi maiora dāna pati poterāt, & ipsi etiā
aqua nobis maius damnū inferre poterant, Deo placuit dū alter
alterū inspiceret, terrestris ventus afflauit admodū nobis fauora
bilis, & secundus, ut in eos inuehi possemus, & illico iussi præfe
ctos eas aggredi Canoas, & eas insequerentur, donec intrarent
in Ciuitatem Temixtitan, quū ventus esset secundus, & quāuis
illi quātū poterant aufugerent, irruimus in medios hostes, & plu
res Canoas fregimus, & ex hostibus multi interfecti, & submersi
fuere, Insecuti fuimus eos per leucas tres, donec eos ingredi coe
gimus domos Ciuitatis, Et sic omnipotenti deo placuit, ut potire
mur maiori, & meliori victoria, quā nos metipsi petieramus, aut
optaueramus,



QVI erāt in Præsidio Ciuitatis Cuyoacan. qui melius cō
spicere poterāt quomodo Bergantinis vehebatur, ut
ispexerūt tredecim Bergātinis per aquas & vento secū
do potiebatur, & profligabam⁹ omnes hostiū Canoas, ut post
mihi retulere fuit res eisdem maximā voluptatē afferens, ut enim
superius dixi ipsi, & præsidio existentes in Ciuitate Tacuba, ma
xime desiderabant aduentū meum, & optima ratione. quoniam
vtrumq; præsidium, tanta hostium multitudīne circūdabatur, ut
miraculose omnipotens eis animum adderet, & hostium animos
minueret, ne exirent aggressum eorum Castra, Quod si factū fu

isset, non poterat esse sine Hispanorū damno, quamuis semper essent parati, & constituissent aut mori aut Victoria potiri, vt illi qui erant separati ab omni genere cuiuslibet subsidii, præterq̄ eo, quod a deo sibi præstari sperabāt, Quū illi in Præsidio Cuyoacan, nos conspexere Canoas insequentes, cœperunt iter suum, maior pars equitū, & peditū, quæ aderat, ciuitatē versus, & acriter pugnarūt cū Indis, qui stratā viā occuparūt, & aggeres, quos extruxerāt, & pedites & equites multos pontes trāsiuere, quos amouerāt, & ope Bergantinorū, qui proficiscebantur prope viam stratā, Indi e Tascaltecal nobis amici, & Hispani insequabantur hostes, & eorū aliquos interficiebant, & aliqui cōmittebant se aquis ab alio latere vbi Bergantini non existerant, & eo pacto insequuti sunt hostes ea victoria vltra leucā, donec peruenerint ad eundē locū, vbi ego cū Bergantinis constiterā, vt inferius referam,

Nota Hispanos velle aut mori: aut victoria potiri.

Hispani bergantinis hostes insequuntur et multos neciunt.



VVM Bergantinis fuisset insecuti Canoas per leucas tres, illæ, quæ euasere ingressæ sunt domos Ciuitatis, & quū iā aduenisset hora Vesperarū, & ultra iussi in vnū conuenire Bergantinos, & cū eis peruenimus ad viā stratam, & ibi constitui proficere in terrā, comitatus triginta Hispanis, ut expugnarem duas paruas turres Idolis suis dicatas, quæ erant circumdatæ muro non multū edito ex lapidibus quadratis, & quū descenderemus nobiscū acriter pugna iniuere, ut eas tuerentur, & tandem magno periculo, & labore dictas turres cœpimus, & illico littori exponēda curauit tria ferrea tormēta, quæ Bergantinis cōducebā, quia reliquū stratæ viæ ab eo loco ad ciuitatē (quod interuallū dimidiæ leucæ spaciū esse poterat,) hostibus refertum erat, & ab utroq̄ latere stratæ viæ vbi erat lacus, omnia erant canoas operta, quibus inerāt homines bello apti, dirigere iussi tormentū vnū ex prædictis, per viā illā stratā, & illius emissionē, hostibus damni multū illatū est, & tormētū dirigitis ignauia puluis igne cōsumptus est, quem ibi habebamus, quāuis illius nō magna esset quātitas, & secuta nocte, Bergantinum Yztapalapa ite iussi, vbi constiterat Maior executor, quæ poterat distare per leucas duas, vt adduceret oēm puluerem, quē habebat, & quæuis mea ab initio sentētia, quā primū lacū Bergantinis fuisset ingressus, proficisci ad ciuitatē Cuyoacan, & puidere, vt omnia pcederēt bono ordine, hostibus inferendo maius dānū, quod inferre possent, & quā primū eo die descendī in illam stratā viā, & eas geminas turres occupauit, constitui ibi Castra ponere, & Bergantini essent ibi

Quas turres ex quadratis lapidibus: capit Cortesius.

Puluis tormentorū Cortesij igne cōsumitur.

*Mota Hispanos cum Corce
sio in maximo
vite discrimine
constitutos.*

apud eas turres, & dimidia pars praesidii impositi Ciuitati Cuyoacan, quinquaginta pedites Maioris Exequutoris sequenti die eo proficisceretur, & hoc aptato, ea nocte maxime vigilantes, eramus enim in maximo periculo constituti, & omnis Ciuitatis multitudo illuc confluebat per illam stratam viam, & lacum, & nocte media aduenit maxima hominum multitudo, & Canoas, & strata illa via, ut Castra nostra adoriret, & certe nobis timorem maximum incussere, & trepidationem, Praesertim quia nocte contingebat, & ipsi nunquam eo tempore congregari solent, nec visum est eos aliquando noctu praesidia iniuisse, praeterquam in aperta, & manifesta Victoria, & cum nos essemus parati, secum pugnare cepimus, & ex Bergantinis (quilibet enim illorum tormentum paruum habebat) cepimus emittere in eos tormenta illa, & Balistas, pixidibusque utentes, idem faciebant, & eo pacto non ausi sunt ulterius progredi. & tantum appropinquarunt, ut aliquid damni nobis intulerint, & eo peracto absque ulteriori aggressu reliquum noctis consumpsimus,



SEQVENTI Die quam illucesceret, in castra nostra peruenere in ipsa strata via constituta, in quibus debebant quindecim Balistas, & pixidibus utentes milites, quinquaginta parris, & ensibus, & septem, aut octo Equites, ex praesidio Cuyoacan, & quam ipsi aduentarunt, iam Hostes inuecti Canoas, & via illa strata nobiscum certabant, & tanta erat hominum copia, ut terra, & lacu nil aliud praeter homines cernerem, & tot vociferationes, & clamores emittebant. ut Mundus corruere videretur, & nos cum illis pugnare cepimus per viam illam stratam, & occupauimus pontem unum, quem ademerant, & aggerem unum, quem in ipsius pontis ingressu fabricauerant, Et tormentis, & equitibus tantum damni intulimus, ut pene illos ingredi coegerimus primas domos Ciuitatis, & quia ab alio latere stratae viae, Bergantini duci non poterant, multae erant Canoas, & nobis maxime erant infensi sagittis, & fustibus, quas iaculabantur, nobis in via strata existentibus, demoliri curauimus dictae viae stratae partem, transire feci Bergantinos quatuor, qui postquam transiuerunt, Canoas domos Ciuitatis ingredi coegerunt, ut nullo pacto egredi auderent ulterius, Ex alio latere stratae viae, reliquis octo Bergantinis insidentes milites, pugnam iniecerunt cum reliquis Canoas, & truderunt eas in domos Ciuitatis, & in medio earum ingressi sunt, quamuis prius ingredi ausi non fuissent, Erant enim multa loca vadosa, & quae eos impediabant, & quam inuenire ingressum profundum, & tutum, pugnant cum existentibus in Ca

*Inuenit certamine Indii cum
Hispanis: tam
lacu: quam via
strata.*

*Bergantinis
res agitur contra
Indos e
Temixtitan:
qui canoas re
pellunt.*

nois, & cœpere aliquot ex illis, & combussere multas domos illi
us suburbii, & totū diem illū consumpsimus certando modo iam
dicto.

MOSTERO die Maior Executor cum omnibus copiis,
quas continebat inciuitate Yztapalapa, tam Hispano-
rū, q̄ nobis amicorū discessit Cuyoacan versus, & inde
utq; in continentem est via strata longitudinis leuæ cū dimidia,
& dictus Maior Executor progredi cœpit per quartā partē vnus
leuæ, peruenit ad ciuitatem quandā, quæ similiter sita est in lacu,
& per plures illius loca, equites ingredi possunt, & illius incolæ
secū pugnare cœperunt, & ipsos in fugā uertit dictus Maior Exe-
cutor, & ex eis multos neci dedit, & destruxit totam ciuitatem ac
igne consumpsit, Et quia audiuerā Indos demolitos esse magnā
partem dictæ stratæ viæ, & gens illa cōmode trāsire non poterat,
eo ire iussi duos Bergantinos, ut eis in transeundo opem ferrent,
Ex quibus pontē cōfecere, & illac pedites, trāsire, & postq̄ trās-
uerant iuerunt hospitātū in ciuitate Cuyoacan, Et Maior Execu-
tor decem comitantibus equitibus strata via peruenit ad Castra
nostra, & quū eo peruenit, nos certantes cū hostibus comperit, &
ipse vna cū illis, qui secū aduenerant equis profiliere, & pugnam
iniuere cū hominibus, qui erant in illa strata via, quibuscū nos re-
liquis cōmixti eramus, & cū dictus Maior executor pugnā inire
cœpit, hostes fuste sibi trāsfixere pedē, & quāuis ipsum, & plures
alios eo die e nostris vulneribus affecerint, tormentis grādiōrib9
Balistis, & Pixidibus damnū maximū intulimus, ut nec qui via
strata insidebant, nec qui canois uehebantur tantū, ut prius ap-
propinquare eudebāt, & præferebant timorem, & minus auda-
tiæ solito, & eo modo fuimus per dies sex, quibus continuo certa-
uimus cū illis, & Bergātini circūbant ciuitatem, cōburendo oēs
domos, quas inuenire dabat, & offenderūt altū aque ingressū, q̄
Ciuitatē circū dare poterāt, & oīa illius suburbia & peruenire ad
interiora ciuitatis, quod nobis fuit admodū proficuū, & eo modo
impediui aduentū Canoarū, quia nulla ex illis audebat appro-
inq; uare Castris nostris, per quartā portionem vnus leuæ,

*Maior execu-
tor discedit 33
tapalapa Cuy-
oacan versus.*

*Mittit berg-
gantinos cer-
telius: vt tran-
seuntibus au-
xilium præstet.*

*Nota Indos
e Temixtitan-
iā incipere ti-
mere.*

LIO DIE, Petrus de Aluarado, qui præerat militibus
præsidio ciuitatis Tacuba relictis, me certiore reddi-
dit, qualiter ab alio latere ciuitatis per viam stratā, quæ
tendit ad quasdā Colonias in continenti sitas, & per ali-
am paruā sibi contiguam, Incolæ e Temixtitan ingrediebantur,

Ee

Magis opta
tasset Corteli
us Indos exi
re ciuitatē q̄
in ea p̄manere

Circundatur
ciuitas temix
titā vt nullus
possit egredi.

Disponit ber
gatinos Cort
telius vt In
dis damnum
inferat.

Iubet Petri
de Aluarado
urbem oppug
nare.

egrediebanturq; ad libitum; & credebant, q; cū oēs coacti ex eo loco exirent, & quāuis ego potius exoptassem eorū egressum, q̄ ipsi mer, quū nos melius damnū eis inferre possemus in continenti constitutis. q̄ in fortilitio, quod in aquis obtinebant, ut tamen vndiq; circūdarentur, & in re nulla possent cōmodū capere e continenti, & quāq; Maior Executor esset vulneratus, ei iniunxi, ut Castra sua poneret in Colonia quadā parua, quo perueniebat altera ex viis stratis, Qui discessit comitatibus viginti tribus equitibus, centum peditibus, & decem & octo Balistis, & pixidibus utētibus, & mihi dimisit quinquaginta illos pedites, quos mecū semper ducere solebā, & sequenti die eo peruenit, & Castra sua locauit eo in loco, ubi eidem iniunxerā, & postea Ciuitas Temixtitan obsidiōe cinctā est, vt nullus ea per loca, quibus stratis viis egrediebatur in Continentem, egredi possit.



AB EBAM potentissime Domine, in Castris in illa strata via constitutis, ducentos Hyspanos pedites, inter quos erant viginti quinque milites Balistis, & pixidibus vtentes, absq; militibus Bergantinis custodiendis constitutis, qui erant ultra ducētos, & quinquaginta, & cū aliquā tulū clausos hostes teneremus, & haberem⁹ multos bello aptos ex nostris amicis, Cōstitui ingredi Ciuitatem dictā via strata, q̄ maxime possem, & Bergantini ab utroq; latere essent acincti, ut a tergo fauorē pręstaret, & iussi aliquos equites, & pedites ex illis, qui moram trahebant in Ciuitate Cuyoacan, ad nrā Castra profiscerentur, ut nobiscū Ciuitatem aggredierentur, & decē equites obsiderent faucē illius stratę vię, fauorē pręstantes a tergo nobis pugnātib⁹ & aliquib⁹ remanētibus in Ciuitate Cuyoacan, quoniam Incolę Ciuitatū Sichimilco, Culuacan, Iztapalapa Chilubusco, Mechichalcingo, Guytagnaca, & Myzqueque, quę erant in lacu sitę, & defecerant, fauebantq; Incolis Ciuitatis, & volentes nos aggredi, a tergo eramus tuti defendentibus dictis decē, aut duodecim equitibus, quos iubebā vagari per illam stratā viā, & totidem semper erant in Ciuitate Cuyoacan, & ultra decem milia a Indorum nobis amicitia iunctorū, Similiter iniunxi Executori Maiori, & Petro de Aluarado, q; ex suis stationibus ea die Ciuitatem aggredierentur, quoniā a meo latere occuparē maiorem Ciuitatis partē, quā possem, Et eo modo summo mane castris egressi fuimus, & pedestres sequuti per illam stratā viam, & prope illa hostes offendimus, ut ab eis demolitam vię stratę portionem tu

XXVI

erentur ad latitudinem hyspanæ lanceæ, & ad eandē profunditatem, in ea extruxerāt aggerem, & inter nos strenue pugnauim⁹, tandem eam occupauimus, & ulterius secuti fuimus eos, usq; ad ingressū ciuitatis, ubi erat turris suis Idolis dicata & in radice illius pons magnus elatus, & per eum progrediebatur aqua lata, cum alio aggere admodum munito, Quū eo peruenimus, nobiscum certare cœperunt, tamen quū Bergātini essent ab utroq; latere, sine periculo occupauim⁹, quē occupare fuisset impossibile absq; eorū ope, & fauore, & quū ipsi cœpissent deserere aggerē, existētes in Bergantinis terram cœpere, & nos alii aquas tranauimus, & similiter incolæ Tascaltecal, Guaxocingo, Calco, & Tefayco, qui erant ultra octuaginta milia hominū, & dū lapidibus, & lateribus crudis implebamus pontem illū, Hyspani occuparunt aliū aggerem, qui erat in vico, qui est ex principalioribus, & latiorib⁹ qui sint in vniuersā illa ciuitate, & quū ille nō fulciretur aqua, fuit occupare facillimū, & insequuti fuimus hostes per eūdem vicū, donec peruenerint ad aliū pontē, quē extulerant præter q̄ tignū latū, per quod transibāt, & ingressi sūt per illud, & per aquā tuto, cito eū occuparunt, In alia pontis parte, aliū quoq; aggerem magnum construxerant ex cespitibus, & lateribus crudis, & quū eo perueuissemus, non poteramus transire, nisi nos aquis cōmissemus, & istud erat maximo nostro periculo, maxime hostibus acriter pugnantibus, & ab utroq; dicti vici latere, innumera erat hostium magno animo ex pauimentis subdialibus certantiū multitudo, & quū illuc peruenere, plurimī milites pixidibus, & Balistis vtentes, & emisimus duo tormenta per vicum illū, illis maximum inferebamus damnū, & quū hoc noscerēt aliqui ex Hyspanis se aquis cōmisere, & ad aliā ripam tranarunt, & fuimus certando anteq̄ eo aggere potiri possemus per horas duas, & quū hostes eos tranantes conspexere, aggerem deseruere, & subdialia pauimenta, & tradidere se fugæ per eū vicum, & eo pacto omnis transiit multitudo, & ipse illico dictū pontem opplendum curauī, & aggerem disiciendū, & hoc interim hispani vna cū Indis nobis amicis hostes insecuti sunt, per eum vicum spatto duorum Balistæ iactuum, usq; ad aliū pontem, qui est proximus foro ex principalioribus ciuitatis hospitiiis, hunc non ademerāt, nec aggerem construxerant, Non enim arbitrati fuerant nos eo die aliquid ex hiis, quæ acquisiueramus occupaturos, Nec nos alii cogitabam⁹ dimidiam posse partem occupare, & in ipsius Fori ingressu collocaui tormentū vnum, quod maximum hostibus damnū inferere

Mota aque illius poris profunditate quam Hyspanis tranarunt.

Occupat vicum ciuitatis Temixtitan Loz. esius.

Dimittit presidio vnius vici aliquos Hyspanos Loz. esius.

Ex hoc conicitur que occupauerit Loz. esius.

Nota multi-
rudinē Indo-
rum pugnan-
tiū contra Hi-
spanos.

Nota ambit-
us Descriptiō ma-
gnitudinem.

Retrocedere
coguntur Hi-
spani ab indis

Denuo aufu-
giunt ⁊ retro-
cedunt indi.

bat, qui erant tot numero, ut eos forū non caperet, Hyspani autē, quū conspicerent aquā ibi non contineri, in qua versari solet periculum, constituerunt Forū ingredi, & quū Incolæ Ciuitatis conspexissent decretū executioni demandatum, & videre maximam Indorū nobis amicorū multitudinem, quāuis eos sine nostri presentia nihil penderent, dederunt terga fugæ. Et Hyspani, Indi quē nobis amici eos infecuti sunt, donec eos ingredi coegerint suorum ambitū Idolorū, qui est circumdatus calce, & lapidibus, & ut alia relatione visum est, habet tam amplū ambitū, ut in eo collocari possit Ciuitas quadringentarū domuū, & iste ambitus illico fuit ab eis derelictus, & Hyspani, ac Indi nobis amici eū occuparūt, & aliquantulū constiterunt in illis turribus, Quū Incolæ Ciuitatis vidissent equites non adesse, irruerunt in Hyspanos, & vi eiecerūt eos e turribus, & ex ambitu, qua de re videre se in maximo periculo, & discrimine, quū retorcederēt constitere inferius in ipsius ambitus porticibus, & quū hostes eos tam acriter vexarent, retrocessere ad plateam, & inde eos expulerunt, donec eos coegerint ingredi vicum, ita ut tormentum, quod ibi erat abstulerint, Et Hyspani quum impetum hostium sustinere non possent, maximo discrimine retrocessere, & re ipsa fuissent maximo in discrimine, ni deo placuisset, ut eo instāti aduenissent tres equites, & plateam ingressi sunt, Hostes illis visis, cogitantes maiorem esse numerum, terga fugæ dare cœperūt, & nostri occupare impluuiū, & ambitū, de quo supra memini, & in turri eminentiori illius, quæ habebat vltra centum gradus usq; ad summum, decem, aut duo decim ex primatibus Ciuitatis se munierūt, & quatuor aut quinque Hyspani eam ascenderunt, & quamuis illi acriter se defenderent, occuparūt tamen eam Hyspani, & eos omnes neci dederunt, & deinde aduenere quinque, aut sex alii Equites, & nouissimi vna cum primis insidias pararunt hostibus, & ex illis vltra triginta interfecerunt, & quum aduerserasset, iussi receptui cani, & dum milites retrocederēt, tanta hostium multitudo ingruerat, quod equitibus opem nō ferentibus Hyspanis, impossibile fuisset non subire maximum incommodum, Quum tamen angustias, vias stratas omnes, vbi versabatur discrimen tempore, quo retrocebant, optime aprassem, & equites per eas ingredi, & egredi poterant, & quum Hostes irruerent in nostrum postremum agmen, nostri equites inuehebātur in eos, & semper aliquos vulnerabāt, & interficiebant, & quum vicus esset longus potuere ter, aut quater eo modo in hostes inuehi, & quamuis hostes cernerent illis da

mnū maximū inferri, rabidi tamen canes tam acriter in nos iruebant, ut nullo pacto eos sustinere possemus, nec obsistere, quin nos insequerentur, & omnem eū diem in hoc consumpsissemus, si ipsi iam non occupassent plura subdialia pauimenta, quæ eminent vico, & ea propter equites maximū subibant discrimen, & eo modo deuenimus eadem via strata ad nostra Castra, absq; alius cuius Hispani (quamuis multi fuerint vulnerati) amissione, Et iniectū ignem reliquimus maioribus, & elegantioribus domibus illius uici, ut alias, quū vicum ingrederemur, ex subdialibus pauimentis nobis obesse non possent, ¶ Eodem die Maior executor, & Petrus de Aluarado cū hostibus ciuitatis acriter certarunt, quilibet e suis stationib⁹, & dū certabamus, aberamus vnus ab altero per leucam cū dimidia, & per leucā, Tantū enim extendebant loca habitata ciuitatis, quāuis minimū interuallū intercederet, & amici nostri, qui apud eos erāt numero infinito, acriter certarunt, & retrocessere in Castra eo die absq; aliquo sibi illato incommodo,

*Mota Indoz
rabiam inpro
sequēdis Hy
spanis dum re
trocedebant.*

*Quantum ex
tendatur edifi
cjs ciuitas
Temixtitan.*

ISTO INTERIM Don Fernando Dominus Ciuitatis Telayco, & prouintia Aculuacan, de quo superius Maiestati Vestrae meminimus, studebat allidere omnes Incolasciuitatis, & prouintie sibi subiectos, & presertim Primates in nostri amicitiam, quia eousq; non erant confirmati, ut postremo se confirmarunt, & quotidie confluebant ad dictum Don Fernando variū domini, & fratres sui ea intentione, ut nobis fauerent, & pugnam inirent cum Incolis e Temixtitan, & Mexico, & quum Don Fernando esset adulescens, & Hispanis maxime affectus, & cognosceret beneficia Maiestatis Vestrae sibi collata, quum tam latum Dominium eidem condonatum videret, presertim, quum uideret alios iure sibi preponi debere, Inuigilabat quantum eidem fieri poterat, ut omnes eius subditi venirent pugnatum cum Incolis Ciuitatis, & subirent discrimina, & labores, quos nos patiebamur, & allocutus est fratres suos, qui erant sex, aut septem numero iuuenes bello apti, & iniunxit, ut omnibus Incolis ei subditis uenirent nobis opem laturi, & vnum ex eis nomine Ystrufuchil (qui est annorum viginti quatuor) iuuenē strenuū dilectum ab omnibus in ducem destinauit, & peruenit ad castra via strata comitantibus forte triginta milibus hominum, bello aptorum suo more bene dispositorum, & ad alia duo castra

*Bonus Don
fernandi in
Hispanos ani
mns descr ibit.*

*Cōponit Dō
fernandus vt
Incole pro
uintie Telay
co opem ferāt.
Cortelio.*

Gratias agit
Cortezius in
colis e Telay
co a Don Jero
nādo subsidio
transmissis.

peruenere vltra viginti milia hominū, & ego benigne eos excepi,
& Gratias egi de suo bono in nos animo, & operib⁹, Poterit opti
me nosse Vestra Sacra Cath. Maiestas, si bona fuerit amicitia
Nostri Don Fernandi, & cuius sententiæ essent illi e Temixtitan,
quū prospicerēt illos in eos inuehi, quos p̄ subditis habebant, pro
amicis, affinis, & fratribus, & etiam pro patribus, & filiis,

Incole e Si
chimilco cum
alijs Colonis
offerit se Cor
tesio.



COST duos dies dictæ oppugnationis superius memora
te, quum dicta subsidia aduenissēt, Incolæ e Sichimilco,
qui sunt constituti in aquis, & quædam Colonia ex Otum
iensibus, qui sunt Montani, & maiori numero illis e Sichimil
co, & erāt ascripti seruituti Dominis e Temixtitan, venere oblatū
se in Vasallos Vestræ Maiestatis, Rogantes, ut indulgerem eorū
diuturnitati, & eos optime excepi, eorum aduentu maxime læta
tus, Quoniam si incommodum aliquod Incolæ e Cuyoacan peti
peti poterant ab eis pati poterant,

Transmittit
ad alia castra
Berganotinis
tū partem.



VVUM e latere Castrorum nostrorum in via strata con
stitutorum ducibus Bergantinis igne cōsumpsissemus
plura subdialia pauimenta in suburbis Ciuitatis, &
nulla ex Canois comparere auderet, Mihi visum est
ad Castrorum nostrorum tutelam sufficere septem Bergantinos,
Ideo cōstitui destinare in Castra Maioris executoris tres Berga
ntinos, & Petri De Aluarado tres alios, & cōmisi seriose p̄fectis illo
rum, quum ab amborum castrorum lateribus, hostes sibi maxis
me prouiderent ex continenti suis Canois, & introducerēt aquā,
fructus varios, Mayz, & varios comeatus, & vagarentur modo
huc, modo illuc, & vltius prodesse ad auxilium ferendum mi
litibus in Castris existentibus, quoties vellent aggredi, & oppu
gnare Ciuitatem, & eo p̄fecti sunt dicti sex Bergantini ad dicta
Castra, quæ res fuit proficua, & necessaria, quū die noctuq; præ
lia mirabilia inter eos intercederent, & capiebant innumeros ho
stium Canoas, & etiam ex illis plures,

Alloquit ami
cos Cortez
& quid animo
uoluit decla
rat.



VUM PREDICTIS Ordinem imposuissem, &
tot Copiæ in nostri subsidium, & pacifice aduenis
sent, ut superius memini, eos sum allocutus vel
le hinc ad duos dies oppugnare Ciuitatem, prop

terea tunc compaterent bene preparati, & eo tunc cognoscerem an fidi essent amici, Et ipsi se ita facturos polliciti sunt, & sequenti die iussi milites esse in armis, & significavi hominibus existentibus in Castris, & Bergantinis, quid constituissem, & quid illis agendum esset,

*Mandata se
executuros
pollicentur Indi.*

SEQVENTI die post missarum sollemnia, & datam Praefectis informationem, quid sibi esset agendum, Castris nostris exiui comitantibus equitibus, & trecentis Hispanis, & omnibus Indis nobis amicis, quorum infinitus erat numerus, & quum Via strata progredere, ad trinos Balistae iactus, hostes nos iam morabantur maximis clamoribus, & quum tres iam intercessissent dies, quibus secum, non fuerat certatum, demoliti fuerant omnia, quae oppleueramus, expugnata difficiliora, quam ante fuerant, & Bergantini ab utroque via strata latere peruenere, & cum eis possemus propius ire Tormentis, pioxidibus, & Balistis multum damni eisdem inferebamus,

*Damnū p̄ cor
restum 7 Hy
spanos Indis
factum.*

NOC PROSPICIENTES in terram profiliuimus, & aggerem occupauimus, vna cum ponte, & progredi coepimus, & Hostes insequi, At illi muniebant se in aliis pontibus, & aggeribus, quos extruxerant, Quos maiori tamen labore, & discrimine, quam alias occupauimus, Et eiecimus, e vico, a Platea, & magnis illis domibus Ciuitatis, Et tunc iniunxi Hispanis, ne ulterius progredierentur, quoniam ego vna cum amicis meis opplebam saxis, & lateribus aquarum meatus, in quibus erat maximus labor, Nam quamuis huic Negotio incumberent decem milia Indorum nobis amicorum, Aduenit tamen hora Vesperarum antequam finis esset operi impositus, & eo tempore semper Hispani, & indi nobis amici decertarunt cum incolis ciuitatis, eisdem insidias instruendo, quibus plurimi perire, & ego equitibus comitantibus Ciuitatem peragraui, & vicis illis, quibus habebatur aqua, vuluerauimus multos, & ita egimus, ut retrocederent, nec ulterius auderent progredi in continentem,

*Ne Hispani
ulterius pro
grediantur
bet Cortesius*

*Lustrat ciuitatem
Zemixtitan
Cortesius*

COGNOSCENS Incolas ciuitatis esse rebelles, & ostendebant animum, aut certe occumbere morti, aut se

Comburi eas
magnas domos Cortesi
vbi prius habitare solebat.

fortiter tueri, Duæ sententiæ inde meo infederunt animo, Vna, quæ modicas, aut nullas ex diuitiis, quas nobis Incolæ Ciuitatis abstulerat recuperaturi eramus, Altera, ut nobis aniam darêt, ut eos extremæ internitioni daremus, & postremam sententiã veriorẽ cogitabamus, quæ nobis maxime displicebat, & cogitabam modum, quo eis timorem incutere possem, ut iam resipiscerent a suo errore, & cognoscerent damnum, quod illis inferre possem, & semper comburebam, destruebamque turres Idolorum, & domorum suarum, & ut propius viderent, hac die Ignem iniiciendum curauimus illis magnis domibus in platea constitutis, vbi alias, quum nos expulere a ciuitate, ego, & Hispani hospitari solebamus, quæ erant adeo amplæ, ut quilibet princeps sexcentis hominibus in suo seruitio existentibus commode hospitari posset, & etiam aliis eisdem adherentibus, quæ quamuis non essent tam amplæ, & aliquid tantulum minores, erant tamen pulchriores, & elegantiores, in quibus dominus Muteezuma retinebat omnia genera auium, quæ reperiebantur in hiis prouinciis, & quamuis illud mihi displiceret, quum cognoscerem hostibus magis displicere, constitui eas Igne consummere, qua re hostes maxime sunt contristati, & similiter reliqui eis fœdere iuncti in lacu constituti, quoniam nunquam rati sunt nostras vires tantum posse, & essemus tanti, ut eousque progredi possemus, & hoc sibi multo plus displicuit,

Iniecto domibus igne Cortesi receptui cani iubet.



Maxima premunt tristitia Incolæ ciuitatis ex eo die uis.

IGNE INIECTO dictis domibus receptui cani iussi, & iunctis militibus, quoniam hora tarda erat, ad nostra castra deuenimus. & quum hostes nos retrocedere uiderent maxima irruebat multitudo, & extremum agmen nostrum aggrediebatur, & quum vicus iam esset compositus, & equites possent ad libitum ire, & redire in eos irruebamus, & semper aliquos ex eis vulnerabam, propterea tamen non desistebant a tergo nos vociferationibus insequi. Eo die demonstrant maximam dolorem præsertim, quum nos ingressos eorum ciuitatem, & eam igne vastantes, & contra eos pugnantes, & eos insequentes Incolas coloniarum Calco, Tesayco, & Sichimilco, Similiter & Otumienses, quum quilibet nomen patriæ pugnando clamaret, conspexere, ab alio vero latere eos e Tascaltecal, qui una cum reliquis ostendebat eis incolas suæ ciuitatis in frustra, & aiebant ipsos in cibum cenæ illius seruaturus, & in futurum prandium, quemadmodum re ipsa

sa faciebant, & eo pacto peruenimus in castra, ut nos quieti daremus. ea enim die multum laboris passi fueramus, Septē autem Bergantini, quos apud me retinebā eo die ingressi sunt per estuarias fossas ciuitatis, & ex ea multum igne conlumpserē, Præfecti vero aliorum Castrorū, & sex alii Bergantini, strenue certarunt eo die, & circa ea, quę eis euenere, possem diffusius enarrare, quę euitandę prolixitatis gratia prætermitto, nisi quę in castra sua victoria potiti recessere absq; aliquo eorum discrimine,

Strenue decertant Bergantini cū Indis.



SEQVENTI die summo mane ordine antedicto, post missarum solennia omnibus copiis sum in Ciuitatem reuersus, ne hostibus tempus daretur euacuandi pontes, & reficiendī aggeres, & quāuis summo mane surrexissē, nihilominus ex tribus portionibus aquarum, & vicorum, qui intercedunt, duę portiones a Castris nostris vsq; ad illas magnas domos, & plateā erant extractę, ut præcedēti die, in quibus occupandis fuit maxima difficultas, ut certamen prorogātū fuerit ab octaua, usq; ad horam primam post meridiem, quo tempore consumptę sunt omnes sagittę, & globuli, quos milites Ballistis, & pixidibus utentes attulerant, & credat Sacra vestra Maiestas, quę maxima subibamus discrimina, quoties illis dictos pōtes occupabamus, quoniā ut eos occuparem⁹ necesse erat natando transire, & eo modo non poterant multum viribus uti, quoniam ictibus ensium, & lancearum hostes in ripa obsistebant ne transirent, tamen quū a lateribus non haberent subdialia pauimēta, ex quibus nobis obesse possent, & ab alio latere in eos spicula iaculabamus, non aberamus enim alter ab altero per lapidis iactum. Hispani indies augebantur animis, & constituēbant transire, & etiam quoniam videbant meo sic animo insidere, & quę, aut cadēdo, aut surgendo non erat aliud faciendū. Videbit Maiestati Vestrę, quū tot pericula in dictis pontibus, & aggeribus occupādis subirem⁹, eram⁹ negligentes, postq; eos occupaueramus, deferere, nec manutenere, ne singulis dieb⁹ talia subirem⁹ discrimina in illis occupandis, quę discrimina sine dubio erant maxima, & Certe sic videbitur absentibus, tamē sciat Vestra Maiestas, quę nullo pacto fieri poterat, quoniam ut illud executioni mandaretur, e duobus alterum facere cogebamur, quę, aut castra ibi locarem⁹ in platea, & ambitu turrium Idolorū, aut quę aliqui custodirēt nocturno tēpore pōtes, in utroq; maxima discrimina, nec vires subpeditabāt, quā si castra locarem⁹ in Ciuitate, singula quaq; nocte,

Oppugnat Corceius de nouo ciuitatem

*Constituunt Hispani transire aquā diffi-
cilem ut oppugnare possint Ciuitatem.*

Nota difficultatem castrametandi Hispanis.

Nota Indoz
multitudinē.
z Hyspanorū
paucitatem.

Nota Hyspa
difficultatē in
recessu a ciui-
tate.

Nunciat Cor
tesio omnia be-
ne procedere.

Notat diffi-
cultatē Petri
de Aluarado.

& hora, cum illi essent sine numero, & nos pauci millies ad arma cōclamaret, & certaret nobiscū, & labores essent intollerabiles, & vndiq; nos poterant aggredi, Velle autem nocte pontes custodire Hyspani hora tarda erāt adeo lassī, & fessi ex pugna diei, ut milites pontium custodiæ nullo pacto locare possem⁹, & propterea cogebamur quotidie denuo eos occupare, quo ciuitatē ingrediebamur, eo die cū tempus consumpsissem⁹ in occupandis illis pontibus, & opplendis non fuit tēpus alia gerendi, nisi q; in vico alio, qui progreditur ad ciuitatem Tacuba, fuerunt occupati duo alii pontes, & oppleti, & plures magnæ, & egregiæ domus illius vici igne consumptæ sunt, & eo mō aduenit hora tarda, & tēpus retrocedendi, & tunc nō minori versabamur in discrimine, quā in occupandis pontibus, quia cum hostes nos retrocedere conspiciabant, tantū animis augebantur, non aliter, q̄ si victoria potiti fuissent, & nos terga fugæ dedissem⁹, & ad hoc necesse erat, q; pōtes essent bene oppleti, & materies equata solo vicorū, adeo ut equites sine impedimēto possent ab vtroq; parte currere, & hoc pacto cum retrocederemus, cum tam procliui nos insequerentur, aliquando fingebamur dare terga fugæ, & nos equites in eos reuertebamur, & semper capiebamus duodecim, aut tredecim ex illis ex fortioribus, & eo modo, & quibusdam insidiis, quas sibi semper parabamus, lædebantur, & certe illud erat pulcherrimum, & admiratione dignū, quoniā cū notissimū, & notoriū esset damnū, quod illis inferebamus ex tali insecutione, nos tamē insequi non desinebant, donec viderent nos ciuitate egressos, & ita reuersi sumus in Castra, & præfecti aliorū castrorū, me certum reddiderūt qualiter eo die omnia eis prospera euenerant, & multos ex hostibus neci dederant, tam lacu quam terra, Et præfectus Petrus de Aluarado, qui moram trahebat in ciuitate Tacuba, mihi litteris significauit occupasse duos, aut tres pontes, quia cum esset in via strata, quæ exit e foro celebris Ciuitatis, & ea itur ad ciuitatē Tacuba tres illi Bergantini, quos illi dederam poterāt peruenire ab vno latere, & appropinquare eadem viē stratæ, non fuerat in tanto periculo, quāto trāfactis diebus, & ab eo latere Petri de Aluarado erant plures pontes, & plures aquarum meatus in dicta via strata, quamuis non essent ita crebra subdialia pauimenta, ut in aliis locis,



OMNI EO TEMPORE INCOLAE Ciuitatū Yz-
tapalapa, Oychilubuzco, Mechicacingo, Culuacan,

Myzqueque & Cuytaguaca, quæ ut superius memini in lacu dulcis aquæ cõstituta sunt, nũq̃ voluerunt mecum pacem, nec etiam eo toto tẽpore incomodũ, aut damnũ aliquod ab eis perpeffi fueramus, & quũ Incolæ e Calco essent fideles Maiestatis vsq̃ Vasalli, & considerarent nos negotiũ habere cũ incolis celebris Ciuitatis, coniunxere se cũ quibusdã Coloniis, quæ lacui herent, & omne possibile damnũ inferebant existentib⁹ in lacu, & quũ cognoscerent nos semper victoria potiri contra incolas e Temixtitan, & cõsiderantes sibi illatũ damnũ, & quod sibi inferri posset ab amicis nr̃is, se dedidere, & peruenere in castra nr̃a, & supplices roga uerunt, ut præteritis eorũ erratis indulgerem, & cõmittere incolis e Calco, & vicinis eorũ ne vltius eis damnũ inferrent, Eis mihi placere respondi, & me non moleste ferre hæc ab aliquo, nisi ab incolis ciuitatis Temixtitan, & ut credere suã amicitia esse ex corde, rogabã postq̃ constituerã nũq̃ obsidionẽ soluere, donec aut per deditiõẽ, aut per vim ciuitatẽ caperem, & ipsi haberet multas Canoas, quibus auxilio mihi esse possent, vt pararet eas oes, quas possent, vna cum omni multitudine suarũ Coloniarũ, ut imposterũ aquis mihi auxilio essent, & etiã rogabam, quũ Hispani haberet paucas, & malas casulas, & tempora essent pluuiosa, ut in castris nostris fabricandũ curarent maiorũ casularũ numerũ, & adducerent Canoas, quibus vehi possent Tigna & lateres ex domibus ciuitatis proximiorib⁹ castris, & illi retulere Canoas, & viros bello aptos esse acinctos ad quãlibet diem, & in cõstruendis casulis fuerunt admodũ diligentes, q̃ ab vno, & ab alio latere illarũ duarũ turriũ illius stratae viæ, vbi ego castrametatus fueram tot edificarunt, q̃ a proxima ad nouissimã esset interuallũ ad tres aut quatuor Balistæ iactus, & vltra, & cõsideret Vestra Maiestas, latitudinẽ dictæ stratae viæ, quæ est sita in profundiori loco dicti lacus, & ab utroq̃ latere dictæ stratae viæ erant locatae dictæ dom⁹ & remanebat tantum vacui in ea, vt commode Equites, & Pedites potuissent ad libitum ire, & redire, & in Castris continebant numeratis Hispanis, & Indis, qui illis inseruiebant, vltra duomilia hominum, Reliqui enim Indi nobis amici hospitabant in Cuyoacan, quæ abest per leucã cum dimidia a dictis Castris. & etiam Incolæ earum Coloniarum, multoties nobis impartiebantur aliquos comæatus, quibus maxime indigebamus, & præsertim Pisces, & Cerasa, quæ sunt tanta in copia, ut possint sufficere per Menses quinq̃, aut sex. (quibus cõtinuant) hominibus in duplum q̃ in istis partibus comperiantur,

Nota malignum Indorũ e Temixtitan in Hispanos animum.

Diserūt se cõstitio quẽdam colonie lacui vicine.

Nota castrorum Cortesij magnitudinẽ et elegantiam.

Indi e colonis impartiebantur Hispanis comæatus.

Nota multo-
ries Hyspāos
ingressos ciui-
tem. et semp
victoria poti-
tos.

Nota ceterum
milia Indorū
esse cū Cortes-
io cōtra inco-
las e Temixti-
tan.

Finigit Cortesius vni præ-
fecto vt vicū
occupet:

Reuertit ad
ciuitatē dem-
o Cortesi cū
Hyspanis.



VVM per duos, aut tres dies successiue ingressi fuisse
mus Ciuitatē a latere Castrorū nīorū, dēptis illis aliis
tribus aut quatuor, qbus ingressi eram⁹, & semper po-
titi victoria contra hostes, & tormentis, pixidibus, &
Balistis plures interficiebamus, cogitabamus q̄ in horas venirēt
oblaturi pacem, quā exoptabamus proinde ac salutem propriā,
nil tamē nobis prodesse poterat, vt ad eam inducerent, & ut eos
maioribus afficeremus incōmodis, cogere⁹q; eos, ut pacem
nobiscū inirent, constitui quotidie ingredi ciuitatem, & eā oppu-
gnare omnihus copiis, quas mecū habebā, a quatuor locis, & ad
esse iussi omnem multitudinē ciuitatū in aquis constitutarū, suis
Canois, & eo die mane cōperiebantur in nostris castris vltra cen-
tū milia indorū nobis amicorū, & mandauī tres Bergātinis cum
dimidia portione, quę ascendebant ad mille & quingentos n ume-
ro, ire ab vno latere, & tres alios cū reliquis Canois ab alio profi-
cisci ut circūdarent ciuitatem, & eā cōburerēt, & maius sibi possi-
bile damnū inferrent, Ego autem pgressus sū primaria via stra-
ta, & inuenimus eā sine impedimento usq; ad magnas domos &
nulli ex pontibus erant sublatis, & progressus sū usq; ad viam stra-
tam, quę ascendit ad vicum, quo itur ad ciuitatē Tacuba, in quo
continebantur sex, aut septē pontes, & ibi curauī præfectū quen-
dā vicū alium occupare sexaginta, aut septuaginta peditibus, &
septem equitibus a tergo, ut eis præsidio essent, Eos comitabātur,
decem, aut duodecim milia Indorū nobis amicorū, & iniunxi al-
teri præfecto, ut aliū similiter vicum occuparet, & ipse militibus,
qui supererant sequutus sū vicū, quo itur ad ciuitatem Tacuba,
& tres occupauimus pontes, quos oppleuimus, & reliquos occu-
pandos reliquimus ad diem sequentem, Erat enim hora tarda, &
melius, cōmodiusq; sequenti die occupari poterāt, quoniā admo-
dū desiderabā oēm vicū illū occupare, ut milites Petri de Alua-
rado se nobiscū coniūgere possent, & proficisci possent de Castris
suis ad nostra, & Bergantini illud idem facerent, & ille dies fuit
nobis maximē victoriæ, tam aquis, q̄ continentī, & aliquid præ-
dę adeptū est ab Incolis ciuitatis, & in Castris Petri de Aluarado,
Maioris executoris, non modica potiti sunt victoria,



NOSTERO die reuersus sū ad ciuitatem eo ordine, quo
die antecedenti, & deus nobis tandem victoriā concessit
vt quacumq; meis militibus progrediebar nullā cōperi-
ebam repugnantiam, & hostes tāta celeritate pedem referebant,

vt eis videretur nos e quatuor Ciuitatis portionibus tres iā occupasse, & ex Castris Petri de Aluarado eos maxime præmebant, & procul dubio eo die, & præcedenti arbitrabar eos nobiscū pacem inuituros, quā adepta victoria, & sine semper mihi proponebam & tamen nūq̄ propterea in eisdem vidimus signū aliquod pacificū, & eo die reuersi sumus maxima exultatione ad castra nostra, quāuis plurimū tristaremur, quū videremus Incolas ciuitatis mori pœnitus constituisse.

Occupauerāt iam Hispani e quatuor portionibus ciuitatis tres.



LLLIS Diebus præteritis Petrus de Aluarado occupauerat plures pontes, & ut eos peditibus, & equitibus nocte tueretur, vtebatur, & reliqui proficiscebantur in Castra, quæ aberāt fere per leucā, & quia labor ille erat intollerabilis, cōstituit locare Castra in fine Vię strætę, quæ proficiscitur ad Ciuitatem, quod forum est latius foro Salamantina Ciuitatis, & porticubus vndiq̄ circumseptum, & ut possent peruenire ad Forū, non supererant occupandi nisi duo, aut tres pontes, erant tamen lati, & admodū occupatu difficiles, eo modo fuit per aliquot dies, & semper victoria potitus fuit, & eo die, de quo superius memini, quū videret hostes præferre lassitudinem, & me assidue eos acriter oppugnare, Victoria adeo elatus ob pontes, & aggeres occupatos, Constituit vltèrius progredi, & occupare portem, quæ continebat latitudinem sexaginta passuū vię strætę demolitæ, pfunditatē hominis status cū dimidio, & vltra, & quū audacter incepissent, eo die Bergātini illis maximo fuere adiumento, aquā tranarunt, & pontem occuparunt, & hostes fugientes insequēbātur, & Petrus de Aluarado properabat locū illum oppleri, ut equites transire possent, & etiā quoniā eū quotidie cōmonefaciebam, tam scriptis, quā verbo, ne palmū quidem loci occuparet, nisi esset tutus, & equites tuto possent ingredi, & egredi, Illi eniz sunt, qui eis bellū inferunt, Et quū Incolæ ciuitatis conspicerent, non transiisse nisi quadraginta, aut quinquaginta Hispanos, & aliquos ex nobis amicis, & nostros equites non posse transire tam ex tempore, in eos conuersi sunt, ut eos cogerent vertere terga fugæ, & proicere se aquis, & tenuere tres, aut quatuor Hispanos captiuos, quos illico profecti sunt ad sacrificādū diis suis, & inter fecere aliquos ex nostris amicis, & tandem Petrus de Aluarado in Castra sua est reuersus, & quū eo die perueissem in castra nostra cognoui, quæ ei acciderant, maximā inde mœstitiā contraxi, quū illud esset ansam prebere hostibus, ut animis augerent, & crede

Petrus de Aluarado occupat duos latos pontes.

Nota pontis latitudinem & pfunditatē.

Profligatur aliquantulum Hispani: & quatuor captiui detinentur qui sacrificantur.

Rationes que mouerunt Petrum de Aluarado ad occupandum eum laeum pontem.

Sollicitatur Cortesius ab Hispanis: ut ciuitatem ingrediatur et pontes occupet.

Proficiscitur in castra Petri de Aluarado Cortesius: ut illum reprehendat.

Mulieres ingreditur ciuitatem Cortesius: tam bergatinis: quam canois.

rent nos nullo pacto impofterum audere eos aggredi, Ratio cur petrus de Aluarado constituerat expugnare illud difficilem locum; ea fuit, ut superius memini, quia videbat se pro maiori parte expugnasse difficilia hostium loca, & illi aliquem timorem, & lassitudinem praeferebant, & praecipue, quonia existetes in eius castris instabant, ut Forum occuparet, illo enim occupato, fere vniuersa Ciuitas capta videbatur, & ea omnia euenere spe, & viribus Indorum, qui aderant, quum existentes in dictis castris, considerarent assiduas oppugnationes in ciuitate a me factas, arbitrabatur me citius illis dictum Forum occupaturum, & propterea dictus Petrus de Aluarado maxime sollicitabatur, & idem mihi eueniebat in nostris castris, Hispani enim omnes acriter sollicitabant, quod per unum ex tribus vicis, quibus ingrediebatur in Forum ingrederemur, quum nullum haberemus obstaculum, quo occupato, minor superesset labor, & ipse dissimulabam omnibus modis, quibus poteram, quauis causam non apperirem, & hoc ideo erat propter discrimina, & perturbationes, quae mihi sese offerebant, ante enim ingressum in forum plurima intercedebant subdialia pauimenta, pontes, & viae stratae demolitae, ita quod domus omnes, qua transire debebamus, erant tanquam Insulae in medio maris,

QUUM sero peruenissem in Castra, & cognouissem profligationem petri de Aluarado, Sequenti die summo mane constitui proficisci in sua castra, ut illum erroris praeteriti reprehenderem, & cognoscerem, quae ipse occupasset, & ubi castrametatus esset, & ut illum monerem de omnibus ad tutelam suam, & ad hostium offensionem facientibus, & quum peruenissem in illius Castra, maxima fui admiratione ductus, quomodo potuerint tantum ciuitatis, & tot malos pontes occupasse, & quum ea vidissem, non tanta dignus reprehensione visus est, quanta prius videbatur, & ordine constituto, quid esset agendum, in Castra nocte eodem die reuersus sum,

POST haec multoties ingressus sum Ciuitatem locis solitis, & duobus in locis Bergatinis, & canois insidentes decertabant, & ego in ciuitate quatuor in locis, & semper victoria potiebamur, & multi ex hostibus peribant, indies enim multitudo sine numero in nostri subsidium confluebat, Differebam ulterius progredi, Primo, ut viderem si hostes duriciem, & malum animum, quem habebant, deponerent, Secundo, quia noster ingressus

sus non poterat esse sine maximo discrimine, Illi enim erant admodum coniuncti, & alacres, & mori constituerant, & cum Hispani rem hanc tam diu differri viderent, & intercesserant iam viginti dies, quibus nunquam destiterant a pugna, ultra quam credi potest, mihi fuerunt importuni, ut superius dixi, ut ingrederemur, & Forum occuparemus, quo occupato, hostibus minimum spatium relinquebatur, ubi se tueri possent, & si deditioem facere nollent, fame, & siti mori cogerebantur, quum potum non haberent, nisi aquae salis illius Lacus, & quum me excusare, Vestrae Maiestatis Thesaurarius mihi significauit, omnes in castris existentes confirmare, ut Forum occupare, & ipsi, & aliquibus aliis probis viris, qui aderant respondi, eorum intentionem esse optimam, & me id plus aliis desiderare, illud tamen non exequabar ob eam causam tantum (quam ipsi sua sollicitudine, ut proferrere cogebant) quae talis erat, quod quauis alii bono animo illud agerent, quum tamen ea in re maximum versaretur discrimen, essent multi, qui illud non exequerentur, & tandem eorum importunatione annui, me facturum eo in negotio omnia, quae possem, communicato prius consilio cum militibus reliquorum castrorum,

Hispanorum importunitatem Corresio latam ut ciuitatem ingredi arur nota.

Causa que tardum reddebat Corresio ad intrandum forum.

QUARTO DIE conueni aliquos ex Primatibus, & constitui facere certiorum Maiorem executorum, & Petrum de Aluarado, nos sequenti die ingressuros ciuitatem, & laborare, ut in Forum perueniremus, & scriptis demandavi, quae per eos essent agenda a latere ciuitatis Tacuba, & ultra literas destinavi illuc duos meos familiares, ut eos certos facerent de omni negotio, Et ordo, quo omnia procedere deberent talis erat, quod Maior executor accederet comitantibus decem equitibus, centum peditibus, & quindecim Balistis, & pixidibus utentibus in castra Petri de Aluarado, & in suis castris remanerent reliqui decem equites, & conponeret inter illos, ut sequenti die, quo certamen committi debebat collocarent se in insidiis post domos quasdam, & sarcinas suas abducendas curarent, non aliter quam si abirent, ut incolae ciuitatis egrederentur ad eos insequendum, & equites in insidiis collocati illos a tergo aggredierentur, & dictus Maior executor tribus Bergatinis, quos habebat, & tribus aliis Petri de Aluarado illum malum transitum, ubi Petrum de aluarado profligarant, & accelleraret in opplendo dictum transitum, & ulterius progredierentur, & occuparet nullo pacto longius procederent, nec aliquid ulterius occuparent, nisi occupata opplerent, & aptaret, & si possent sine magno eorum periculo occupare usque ad Forum, omnem darent operam, quoniam ego idem eram factururus, & aduerterent, quod quauis ea sibi nuncianda curare, non

Ordo quo ciuitatem aggredi debebant Hispani.

Negotium demandatum maiori executori.

Mora precep-
tum Cortesij
Hispanis da-
rum in oppug-
nando ciuitate.

Egreditur Cas-
tris Cortesij
ciuitatem ex-
pugnaturus.

Thesaurario
suber uno in-
grediat vico.

Custodie vni-
us vici prepo-
nit decem equi-
tes cum tormen-
tis.

obligabam tamen eos ad occupandum passum unum ciuitatis, ex quo aliquid incommodi subire possent, & hoc nunciaui, quonia cognoscebam eos esse tales, qui personas eorum eo, ubi iuberem constituerent, quauis se morituros cerneret, Illi a me expediti profecti sunt in Castra, & conuenerunt dictos Maiorem executorem, & Petrum de Aluaido, quibus aperuere omnia, quemadmodum in nostris Castris constitueramus, & quonia illi unicum locum erant oppugnaturi, iussi ad me mitterent septuaginta, aut octuaginta ex militibus peditibus, ut sequenti die mecum Ciuitatem ingrederentur, qui ea nocte dormitum peruenere in castra nostra, ut eis iniunxeram,



ORDINE iam dicto composito sequenti die post missam sursum sollennia, e castris nostris exiuerunt illi septem Berganini, quos comitabatur ultra tria milia Canoarum nobis amicarum, & ipse viginti quinque comitatus equitibus, & reliquis, quos in castris habebam, & illis septuaginta, qui aduenerant ex castris Tacuba, secuti fuimus iter nostrum, & ciuitatem sumus ingressi, quam postquam fueram ingressus, milites hoc pacto diuisi, Erant tres vici in locis occupatis, quibus patebat iter ad Forum, quem Indi Tyanguizco nominant, totus ille situs ubi est collocatus Tlatelulco appellatur, & vnus ex hiis tribus vicis erat potior, quo ibatur ad dictum Forum, Et Thesaurario, & computatori vestre Maiestatis significauimus, ut ingrederentur septuaginta comitati peditibus, & ultra quindecim, aut viginti milibus Indorum nobis amicorum, & extremum occuparent agmen septem, aut octo equites, & quotquot pontes, aut aggeres occuparent, illico eos opplerent, & conducerent decem homines ligonibus, & alios Indos nobis amicos, qui erant nobis multum proficui ad oppledos pontes, Reliqui duo vici ex vico a Tacuba ingrediuntur Forum, & sunt angustiores, & crebrioribus viis stratis, pontibus, & vicis aquis plenis, & ampliori ex illis ire iussi prefectos duos, octuaginta peditibus, & ultra decem milibus Indis nobis amicis, & in fauce illius vici Tacuba dimisi duo magna tormenta, & illorum custodiam imposui decem equites, Ego autem octo equitibus, & centum peditibus, inter quos erant ultra viginti quinque Balistis, & pixidibus vtentes, & infinito numero Indorum nobis amicorum, secutus sum iter meum, ut ingrederer alium angustum vicum quantum possem, & in fauce illius esse iussi equites, & iussi quod nullo pacto ulterius progredere, aut me sequerentur, nisi prius illis mandarem, & equo descendi, & venimus ad aggerem, quem extruxerant ante pontem quendam, & quodam paruo campestris tormento, & militibus Balistis, & pixidibus vtentibus eum

occupauim⁹, & vltra pgressi fuim⁹ per demolitā stratā viam duobus vel tribus illis locis, & vltra, q̄ tribus illis locis pugnabamus cū Incolis ciuitatis. Tanta erat Indorū nobis amicorū copia, qui ascendebāt subdialiapauimenta, ut videretur nil nobis dāni inferri posse, & cū illis occupauim⁹ illos geminos pontes, aggerē, & vlcū, Hyspani, & Indi nostri amici secuti sunt eos eodē vico, absq̄ mora aliqua, & ego remāsi comitatibus forte viginti Hyspanis in Insula quadā propinqua, Videbā enim Indos quosdā nobis amicos implicitos cū hostibus, & aliquādo eos retrocedere cogebant, donec se aquis cōmitterent, & nō freti subsidio in eos irruebant, & ulterius custodiebam⁹, ne quibusdā trāsuersis vicis Incolæ ciuitatis Hyspanos a tergo aggredere, qui eo vico pgressi fuerant, Qui eo instanti mihi nūciandū curarant, ipsos maximā ciuitatis partē occupasse, & nō longe a platea ipsius Fori eos abesse, & omnino cōstituerāt vlteri⁹ progredi, quoniā audiebant pugnā in itā e Castris Maioris executoris, & Petri de Aluarado cōtra Hostes, Ciuitatis, ipse autē eis nunciādū cōmisi, q̄ nullu pacto pedē mouerent, nisi prius pontes essent optime oppleti, ut si forte retrocedere cogere, aqua eos non impediret, cū ipsi ibi omne discrimen versari cognoscerēt, ipsi mihi nunciādū cōmiserunt, omnia esse optimo ordine, & q̄ illuc progredere, & oculata fide prospicere ita esse, Ego autē suspitione adductus ne aberrarent, & curā non adhiberent in opplēdis pōtib⁹, illuc profectus sum, & cōperi illos trāsuisse demolitā portionē unius vici latitudinis decē, aut duodecim passuū. Aqua autē ascēdebat ad profunditatē geminorū hominis statuū, & eo tunc, quū trāsuiere iniecerāt ligna, Cannasq̄, & cū paulatim trāsiret & cup⁹ de materies in pfundū nō penetrarat & ipsi voluptate victoriæ, qua potiebantur erāt adeo hylares, ut cogitarent materiam illā fixā diuturnāq̄ permansurā, Et eo tempore, quo ad pontē perueni cōperi hyspanos, & alios plures ex amicis nris terga fugæ dedisse, & hostes tanq̄ rabidos canes illos insequentes, Cūq̄ incōpositū ordinē viderē, clamare cœpi, Sistite, sistite, & quū essem proxim⁹ aquæ, eā Hyspanis, & Indis referatā inueni, ut ne paleā quidē iniecisse viderent, & hostes tanto impetu ferebant in hyspanos, ut eos insequendo aquis cōmitterent se, ut ipsos interficerent, & ex vico illo aqueo aduentabāt hostiū Canoæ, & hyspanos viuos captiuabāt, & quū res fuisset tā repētinā, & viderē ipsos milites meos interficiētes, cōstitui ibi consistere, & certando mori, & in eo plus proficiebam⁹ opē ferendo manib⁹ quibusdā infortunatis hyspanis, qui submergebātur, ut aquis ex

Quot locis eodie pugnaref contra hostes ciuitatis.

Hyspani nunciānt Corresio se maiore ciuitatis portionem occupasse.

Cōperit Corresio demolitā vici unius portionem nō oppletam.

Quanto furorere hostes in hyspanos ferunt & quomō Hyspani interficiunt & capiūt.

Modus quo
e profligatio
ne recedebant
Hyspani.

Nota angustā
viam: stratam
hyspanis max
imo esse inco
modo.

Equū ascen
dit Coresius
non pugnandi
gratia sed re
trocedendi.

Interficiuntur
Christopher
Guzman iuue
nis cui⁹ mors
est Hyspani ad
huc lugent.

irēt, & aliq exhibāt vulnerati, aliqui vero aquis semisubmersi, & alii sine armis, eosq; anteire iubebā, & iā tanta hostiū multitudo ingruerat, q; me, & duodecim, aut quindecim, qui mecū erāt vndiq; circūdederant, & quū essem intentus opē ferendo illis, qui aq; obruebāt, non prospiciebā, nec memor erā damni, quod evenire poterat, & me indi aliqui ex hostibus ceperant, & abduxissent, si nō affuisset p̄fectus quidā cōitātib⁹ quinq;gita militib⁹, quē mecū semp deducere solebā, & ope Iuuenis vnus illius societatis, qui post deū Opti. Max. me a morte seruauit, & ut me seruaret acerri me pugnādo ibi suā effudit animā, Hoc interim hyspani, qui au fugerāt profligati, p̄ficisebāt ea strata via, & quū esset breuis, & angusta, & aque equalis, quā canes illi ex industria fabricauerāt, & ea strata via p̄grediebāt p̄fligati multi ex Indis nobis amicis, iter tm̄ erat impeditū, & erant tantū tardi, ut hostibus tempus daret, ut ab utroq; latere aquā trāsire possent, & capere, & interficere quotquot eis uidebāt, & ille p̄fectus, qui mecū erat nomine Antonius e quinones, Discedamus inquit, & incolumē uos seruemus, cū certi simus, q; si uos amiserimus, nullus n̄m euadere posset, & vix mecū tantū agere potuit, ut inde discederē, & cū hoc uideret brachijs mihi anuit, ut reuenteremur, & quis ipse pl⁹ exoptassem mori, q; uiuere, p̄libati p̄fecti hortatione, & aliorum cōmilitonū, qui aderāt coepim⁹ retrocedere cū hostib⁹ certādo ensibus, & p̄armis nostris, qui nobis vulnera illatū ueniebāt, Eo ip̄e aduenit familiaris meus, & iter aliquātulū aperuit, tamē illico ab humili subdiali pauimēto illū gutture percussere, ut cadere coegerint, & dū uersarer in tali p̄fligatione, expectās multitudinē trāsire, ut se tuto locarent, & nos hostiū impetū sustinerem⁹ eo interiz aduenit qdā familiaris me⁹ equo, ut equitare possē, tm̄ erat luti in ea angusta via strata, p̄pter ingrediētū, egrediētūq; ab aq; multitudinē, ut nullus cōsistere posset, & ipse equū ascendi nō pugnae gratia, quoniā ibi erat impossibile equitē posse pugnā inire, quoniā si ea angusta strata uia ad insulā p̄gredi potuissem, cōperissē eos octo equites, quos ibi dimiserrā, & nō potuerāt aliter operari, sed coacti sunt reuerti, & quū reditus esset tam difficilis, duē equē quibus insidebāt duo familiares mei, ex ea angusta strata via in aquas dilapsæ sunt, & alterā hostes interemere, alterā uero pedites quidā tutati sunt, & terti⁹ iuuenis familiaris me⁹ Christoforus de Guzmā nomine ascendit equū, quē existētes in Insula illa mihi adducendū curarāt, ut me tuto recipere possē, & hostes eundē vna cū equo, priusq; ad me peruenire posset interfecere, cui⁹ mors

XXXIII

ranto omnibus existētibus in castris fuit dolori, ut in hanc usq; diem recens sit illius mortis mœstitia omnibus, qui secū iuncti erāt cōsuetudine, & cognitione, Et iam omnibus nostris laboribus omnipotenti deo placuit, ut superstītibus puenimus ad vicū, quo Tacuba peruenit, qui est spatiosus, postq; milites cōuenere, extremū agmen nouē comitatibus equitibus occupauit, Hostes autē in nos victoria elati tāta supbia ferebāt, ut videre nullū ab eorū manibus posse euadere, & meliori mō, quo potui retrocedēs Theaurario, & cōputatori nūciandū cōmisi, in plateā multo ordine cōuenirent, & illud idē nunciari iussi duobus illis p̄fectis, qui ingressi erant vicū, quo itur in Forū, & quilibet eorū strenue pugnauerat, multos aggeres, & pōtes occupauerāt, quos optime oppleuerāt, quod effecit ut in reditu dānū nullū fuerint perpesti, & priusq; Theaurari⁹, & Cōputator redirent, hostes Ciuitatis ex quodā aggere, ubi certabat p̄icerant duo, aut tria christianorū capita, q̄uis tunc nesciuerint an essent ex militibus Petri de Aluarado, uel n̄orū castrorū, Quū cōuenissem⁹ ad plateā tanta hostiū multitudo vndiq; cōfluebat, ut maximū fuerimus passi laborē, anteq; diuertere cogerēt quibusdam locis, ubi ante hanc p̄fligationē expectare nō audebāt tres equites, & decē pedites, & illico in turri quadā excelsa Idolis suis dicata, q̄ erat cōtigua platee locarūt Aromata, suffumigatiōesq; ex gumī quodā, qd nascit in his regionibus, quod ipsi diis suis offerūt in signū victoriae, & q̄uis ipsis impedimēto esse voluerimus, nūq; tamē eos impedire potuimus, q̄ milites celeri passu castra nostra uersus p̄grediebant, Ea p̄fligatione hostes interfecere triginta quinq; aut quadraginta Hispanos, & ultra mille Indos nobis amicos, & vulnerarūt ultra viginti christianos, & ipse uulnus accepi in crure, Amissū est tormētū illud parū cāpestre, quod cōduxeram⁹, & plures Balistę, & pixides uana cū multis armorū generibus, Illi e ciuitate, illico habita victoria, ut Maiorē excurorē, & Petrū de Aluarado exanimatos redderēt, oēs hyspanos tam uiuos, q̄ mortuos, quos ceperāt ad Catebulco, in quo est Forū, adduxere, in quibusdā turribus altissimis Foro proximis nudos sacrificauerūt, & pectora eorū aperuerē, cordaq; emerūt, ut idolis suis offerrent, Quę omnia hyspani e castris Petri de Aluarado optime conspiciere poterāt, ab eo loco vnde decertabant, & quū uiderent corpora illa nuda alba cognouere illos esse christianos, & q̄uis propterea maxime fuerint tristati, & exanimati rediere in castra, Post dies octo eo, & die sequēti hostes ciuitatis Buccinis, & tympanis maximā animorū exultationē p̄seferēbāt, ut videre ciuitas corruere, & apuere oēs uicos, & pōtes i qui

Extremū agmen occupat Cortesius ut Hispanos ab hostibus tueat.

Theaurari⁹ nullū damnum in reditu paratur quia facta sua optime apparauerat.

Numerus interfectorum & eorum qui capti sunt ea p̄fligatione.

Christianos captos Indis diis suis sacrificant.

*Mora propter
Hispanorum
profligationē
Indorū auda
ciam.*

*Circumferūt
equorū 7 chri
stianorum ca
pita Indi.*

*Constituit cor
telius subsidiū
transmittere
Incolis e quar
naquacar. cū
Andrea Tapia,*

*Pugnam in
Andreas cum
hostibus quos
fundit proflig
atos.*

bus aqua versat, ut prius habuerāt, & puenere, ut Ignēs, & vigi
les suos locarēt per binos Balistæ iactus a nr̄is castris, & quū oēs
euaussemus pfligati, vuluerati, & inermes indigebam⁹ quiete, &
refectione, Hac occasione incolæ ciuitatis spatiū habuere trāsmi
tendi legatos ad plures prouintias illis subditas nunciatū se ma
xima potitos esse victoria, & interfecisse plures Chricolas, & spe
rabāt prope diē nos penit⁹ delere, & nullo pacto nobiscū iūgerēt,
& ut fides sibi adhiberet, circūferebāt duo equorū, & aliqua inter
fectoꝝ christianoꝝ capita, quę ostendebāt per ea loca, quib⁹ eisdē
conducere videbat, quæ res multū operata est ad contumatiores
reddendos, qui defecerant, quam erant antea,



INDE ad duos dies post profligationē, cuius fama iam
innotuerat, & p oīa circūuicina loca vagabat, Incolæ co
loniæ nomine Quarnaquacar, qui subiciebant Ciuita
ti Temixtitan, & subdiderāt se in amicos, profecti sunt
in castra nr̄a, & mihi significarūt Incolas coloniæ Marinalco, qui
sibi erant contermini, dāna plurima illis inferre, & prouintiā suam
destruebāt, & tunc contungebāt se cū Incolis prouintiæ Guysco,
quæ maxima est, & constituerāt eos aggredi, ut interficerent, quia
se Maiestati vestræ subdiderāt, & nobis iuncti fuerāt amicitia, &
hostes affirmabāt illis deletis constituisse nos aggredi, & quāuis
pfligatio, quę nobis euenet at esset recens, & potius subsidio indi
geremus, q̄ aliis subsidiū ministrarem⁹, quia maxime instabāt,
decreui subsidiū illis impartiri, q̄uis in ea re plures intercesserint
cōtradictores asserentes, q̄ ipse met me destruerem, trāsmittendo
milites extra castra, Expediui cū nunciis, qui subsidiū postulaue
rāt octuaginta pedites, & equites decē, quibus prefeci Andreā de
Tapia, cui iniunxi, ut illa ageret, quæ seruitio Maiestatis Vestræ
plurimū conducere pspiceret, & tutelæ nostræ, cū cerneret necessi
atē, in qua cōstituti eramus, & eundo, & redeundo non consume
ret vltra decē dies, & sic discessit, & peruenit ad Coloniā quādā
exiguā, quæ est media inter Marinalco, & coadnoacad, ibi offen
dit hostes, qui eos prestolabāt, & ipse vna cū Incolis e Coadnoa
cad, & illis militibus, quos secū adducebat pugnā inire cœpit, &
tā acriter nostri decertarunt, ut hostes in fugā verterint, & profliga
rint, profectiq; sunt donec eos ingredi coegerint coloniā Marinal
co, quæ sita est in colle admodū arduo, quē equites scāderenō po
terāt, & hoc viso destructioni ea omnia subiecere, quæ in planitie
cōtinebantur, & reuersi sunt in castra nostra hac potiti victoria eo
decem dierū spatio eis assignato,

QNVS e Dominis prouintię Tascaltcal, Chichimecatecle nomine, de quo alias memini, qui tabulas pro construendis Bergatinis adduxerat, que in ea prouintia paratae erant, ab inicio belli semper moram traxit in castris Petri de Aluarado, Quam videret post dictam profligationem Hispanos, ut prius facere consueuerant, cum hostibus non congregari, constituit ipse comitantibus suis ciuitatem ingredi, eamque oppugnare, dimittens quadringentos sagittarios e suis apud pontem quandam ablatum satis discriminofum, quem occupauerat Incolis ciuitatis, quod nunquam eueniebat sine ope nostra, progressus est comitatus suis maxima vociferatione, inuocando suam prouintiam, & dominum, eodie acriter pugnatum est, & vndique plures vulnerati remanserunt, & perierunt, & Incolae Ciuitatis firmiter arbitrabantur, eos in cauea clausos habere, quoniam quam sit natio, quae dum retrocedunt eorum hostes, quamuis ipsi victoria non potiantur, animo obstinato insequuntur, Cogitarunt in transitu aquarum, ubi certum versari solet discrimen, eorum iniurias ulcisci deberent, & propterea Chichimecatecle dimiserat in aquae transitu dictos quadringentos sagittarios, & quam iam retrocederent hostes Ciuitatis, in eos irruerunt maximo furore, & milites e Tascaltcal aquis se commiserunt, & fauore sagittariorum transiuerunt, & hostes conspecta obstentia quieuerunt, & admodum admirati sunt audentiam Chichimecatecle,

Mota Chichimecatecle anni vnius e Tascaltcal egregium facinus contra Incolas ciuitatis.

Mota Chichimecatecle in dustris in collocandis sagittarijs.

QUOPT Dies duos a reditu Hispanorum, qui bella intulerant Incolis e Marinalco, ut Maiestas Vestra capitibus precedentibus videre potuit, peruenere in Castra nostra decem Indi ex Otumiensibus, qui erant seruituti ascripti Dominis e Temixtitan, & ut retuli subdididerant se Vestrae Maiestati, quotidie e nobis opem ferebant cum hostibus certando, & significarunt, quem admodum Domini prouintię Matalcingo, qui fines habent cum illis, eis bellum inferebant, & Coloniam quandam combusserant, abduxerantque aliquos e suis, & quantum poterant eos destruebant, animo aggrediendi Castra nostra, ut hostes Ciuitate egrederentur, ac penitus nos delerent, & ultra hoc, propterea eisdem fidem adhibuimus, quoniam a paucis diebus, quotiens ingrediebamur Ciuitatem pugnandi gratia minabantur nobis, Ducibus illis e prouintia Matalcingo, Quae quamuis nobis non multum esset nota, optime tamen cognoscebamus esse latam, & distabat viginti leucarum spatio e nostris Castris, & ad querelam, quam Otumienses proponebant contra hostes suos, innuebant, ut illis opem darem, & quis peti erit tempore multum difficult, Auxilio fidens diuino, ut aduati Ciuitatis

Otumienses Cortesium aduenerunt & illum monent de iniurijs illis illatis a dominis Matalcingo.

Quam esset latissima prouintia Matalcingo.

Causa que
mouit Cortes
suum ad desti-
nandum maio-
rem executorē
contra hostes
e Matalcingo.

Quo animo &
fortuna cōsti-
tuti erant Hy-
spani.

Profligant
hostes a maio-
ri executore.

Maxima O-
tumiensium
multitudo hy-
spanis fauer.

alas cōfringerem, qui quotidie nobis minabantur Ducibus istis, & spem preserebant sperare ab eis auxilium, & subidium aliū, de aduentare nō poterat nisi ab eo latere, Illuc Condifaluū e Sandoual Maiorem Executorem destinare constitui decem, & octo equitibus, & centum peditibus, inter quos unus comperiebatur Balista vtens, qui discessit illis comitantibus, & aliis Otumiensibus nobis amicis, & deus est testis, quibus periculis subiiciebatur, & in quo nos reliqui pmanebamus, At cū oporteret mai^r animi nostri robur, quā unq̄ feceramus demonstrare, & mori certādo, dissimulabam⁹ viriū nrarū debilitatē, tam cū amicis, q̄ hostibus, sepius tamen aiebant Hyspani ut uiui tandē euaderēt, & se victores cōspicerēt contra ciuitatis Incolas, quāuis in ea, & in omnibus reliquis prouintiis nullū fructum consequi deberent, Vnde conuici potest fortuna, & necessitas, in quibus cōstituti eramus corpore, vitaq̄, Maior executor ea nocte profectus ē dormitū ad Coloniā quandā Otumiensiu, que est opposita Matalcingo, & sequenti die mane discessit, peruenitq̄ ad stationes Otumiensium, quas derelictas cōperit, & pro maiori parte cōbustas, & quū puenisset in planitiē prope fluuiū quendā, offendit maximā multitudinem, qui finem combustioni alterius colonix imposuerant, & quū nostros cōspexere, terga fugæ dare cœperūt, & itinere, quo progrediebantur, post eos sequebātur multa onera plena Mayz, & infantiū lactentiū, quos cōmeatus causā secū adducebāt, quæ dimiserāt, q̄ primū audiuerunt Hyspanos addesse, & postq̄ transuere fluuiū, qui vltius labebatur, in planitie sistere cœperere, & Maior executor equitibus eos aggressus est, eosq̄ profligauit, & quū terga fugæ dedissent recto tramite progressi sunt ad suā coloniam Matalcingo, que triū leucarū spatio aberat, & omnibus trib⁹ leucis continuata est insecutio, donec coacti sunt ingredi Coloniā, & ibi præstolati sunt Hyspanos, & amicos nostros, qui aduentabāt interficiēdo eos, quos equites intercludebāt, & deserebant, & ea insecutione mortui sunt duo milia hostiū, Quum pedites peruenissent ad locum, ubi equites substiterant, & nostri amici, qui erant sexaginta milia hominū, cœpere proficisci ad Coloniā, vbi hostes se opposuere, donec mulieres, & filii, & bona sua collocabātur in fortilitio quodā, quod erat sitū in altissimo colle ibi prope existenti, Quā primum tamē eos aggressi sunt, coegerunt ipsos quoq̄ arce ingredi, quā habebāt in ea sumitate admodū ardua munitaq̄, & depredati sunt, & combussere Coloniā breuissimo temporis interuallo, confugientibus Hostibus ad arcem, Et quum hora

esset iam tarda, Maior Executor arcē oppugari non est passus, & etiam quia labore erant admodū fessi, totā enim eā diem certādo consumpserant, & hostes eā noctem duxere maximis vociferationibus, & strepitu tympanorū, Buccinarūq̄.

SEQVNTI die summo mane, Maior executor milites conducere cepit, ut ascenderent collem, pugnaturi contra hostes in arce existentes, quāuis aliquo timore arbitrantes hostes obstituros, Quū eo peruenere, neminē ex hostibus offenderunt, & indi quidā nobis amici colle descendeabant, & retulere nullū ex hostib⁹ adesse, sed in aurora omnes discessisse, & illico in planitie circūquaq̄ videre maximā hominū multitudinē, & erant Otumienses, & equites rati esse hostes, aduersus eos sunt progressi, & vulnerarunt tres, aut quatuor, & quū Idioma Otumiensū differat ab idiomate prouintię e Culua, eos nō percipiebāt, nisi q̄ armis proiectis ad Hispanos cōfugiebāt, & nihilominus tres, aut quatuor vulnerarant, Attamen ipsi optime cognouere illud euenisse, quoniā qui forēt illis nō innotuerat, & quū hostes non expectassent Hispani statuere reuerti per aliā eorū Colonia, quā similiter defecerat, Quū tamen tot copias contra eos moueri cognouere, eos pacifice exceperet, & Maior Executor Dñm prouintię allocut⁹ est, eidēq̄ significauit, illū iā optime scire me læto vultu excipere oēs, qui sese oblatū veniebāt in Vasallos Vestræ Maiestatis, quāuis maxime errassent, Rogabatq̄, ut alloqueretur Incolas e Matalcingo, ut ad me proficisceretur, & se ita facturū pollicitus est, & inducere Incolas e Marinalco ad concordiam, & Maior executor ea adepta victoria, in castra reuersus est, & eo die aliqui ex Hispanis pugnabant in ciuitate, & ciues eis nunciauerant, ut interpretes noster illuc proficisceretur, volebāt colloquiū habere de pace ineunda, quā (ut postea apparuit) nolabant admittere, nisi recederemus ab vniuersa prouintia, quod ideo effecere, ut aliquot dierū spatio, eos quiescere pateremur, & munirent se rebus quibusdā, quibus indigebāt, quibus nūq̄ eos inuenerimus, ut pugnā detractarent, cū interprete talia tractarent quū nostri essent hostibus propinquī, non enim aliud spatiū intercedebat, nisi pons elatus, Senex quidā ex hostibus e sinu suo eduxit magno interuallo quedā, quā comedit ut demonstraret illos nulla prēmii necessitate, nos enim illis nunciabamus eos ibi fame perituros, & amici nostri significabant Hispanis, concordia eā esse simulatā, & secū pugnarent, Ea tamen die pugnātū nō extitit, Primates enim interpreti iniunxere, ut me alloqueretur,

Quia Hispani fessi erant: maior executor arcem non oppugnat.

Illi quos Hispani hostes esse arbitrabantur erant Otumienses.

Alloquit dominum colonie maior executor: ut alloquatur dominos e Matalcingo.

Nota cuiusdam senis actus in Hispanios.

Post reditū
maioris execu-
toris incolę
Matalcingo
veniūt oblatū
se in vasallos.



DIES quatuor post reditum Maioris Executoris a prouintia Matalcingo, Domini illius, & Marinalco, & Domini prouintię Cuyfcon, quę est latissima, & etiam defecerat, in Castra nostra pfecti sunt, & ut illis parcerē pręterita supplices rogarunt, & polliciti sunt se velle nobis inseruire, & promissa sua executioni demandarunt, & semper hactenꝰ inseruiuerunt,

Indi noctu
aggrediuntur
castra Petri
de Aluarado:
nō tamē victo-
ria poriuntur



QVM Maior executor aberat in prouintia Matalcingo, Hostes Ciuitatis cōstituerunt nocte exire, & aggredi Castra Petri de Aluarado, & in aurora ea aggressi sunt, & quum vigiles, & excubię eos audiuere, ad arma conclamatū est, & illi, qui aderant eos inuasere, Hostes auditis equitibus aquis se cōmisere, & hoc interim nostri aduolarunt, tribusq; continuis horis pugnatū est, Nos vero existentes in nostris stationibus, audiuius tormenti parui bombū, quo ille in hostes utebatur, & quia nos suspitione adducebamur, ne eos profligarent, milites in armis esse iussi, ut ciuitatē ingrederēt, ut hostes animū dimitterēt in oppugnādo petrū de Aluarado, & quū Indi offenderent hostes tā acriter, & strenue pugnantes, decreuere reuerti in ciuitatem, Nos reliqui ciuitatem pugnatū profecti eo die fuimꝰ,

Jam Hispa-
ni vulnerari
superiori pro-
fligatione con-
ualuerant.



OTEMPORE Nos, qui vulnerati euaseramus a profligatione pristinę restituti eramus sanitati, & ciuitati Diuiti applicuerat Nauis Io. Ponci e Leone, quem profligauerant in prouintia insulę Floridę, & habitatores ciuitatis mihi afferendū curarunt puluerem quendā, vna cū aliquibus Balistis, quibus maxime egebamus, & iam fauente Deo Optimo Maximo, circumcirca nulla erat prouintia, quę nobis non maxime faueret, & quū ipse prospicerem Incolas Ciuitatis tā rebelles, & maiori demonstratione, & certitudine moriendi, q̄ vnq; aliqua fuerit Natio, Nesciebam quo modo me secū gerere deberē, quo pacto a tanto discrimine, & laboribus euadere possemus & quomodo illos, & ipsorū ciuitatem extremę internitiōi non traderemꝰ, Erat enim magis egregia, quā sit alia in vniuerso terrarū orbe, Nec nobis prodesse poterat, q̄ illis significabamus, nos ab eo loco non discessuros, et castris, nec Bergantini cessarent damnū inferre, Nec q̄ destruxeramus Incolas e Matalcingo, & Marinalco, & q̄ neminem in omnibus prouintiis habebant, qui eisdem opem laturus esset, Nec habebāt vnde sibi ministrari posset Mayz,

Nota urbem
Zemixirā fu-
isse pulchriorē
qualibet ciui-
tate totius or-
bis.

caro, fructus, & aqua Nec deniq; res aliqua ad cōmeatū faciens, & quanto plus ea antedictis nota faciebamus, tanto min⁹ animis deficere videbantur, Sed pugnā incundo, & reliquis omnibus in rebus animosiores inueniebamus, quā vnq; fuissent, & ipse prospiciēs rem ita agi, & iam præterisse vltra dies q̄draginta quinq; quibus obsidebamus dictā ciuitatem, constitui ad nostri tutelā remediū adhibere, & ut melius lassos hostes reddere possem, quod fuit huiusmodi, q̄ quantū Ciuitatis occupabam⁹, tantū ab utroq; latere solo equaremus, ita ut ne passu quidem progredieremur, nisi omnia solo equaremus, & loca vbi aqua versabatur continentē redderemus, q̄uis diu in eo morā trahere cogeremur, & præerea conuenire iussi omnes dominos, & primates nobis amicos, & decretū meū illis apperui, & propterea conuocarent omnē rusticanā multitudinem, cum cois suis, quæ sunt valli genera, quibus vtunt in illis partibus, ut fossores ligonibus in hyspaniis, & ipsi responsum dedere se læto animo perfecturos, & decretū esse sanū, & eo maxime sunt oblectati, Videbatur enim eū esse modū, quo Ciuitas solo equaretur, quod omnes plurimū appetebant.

*Nota ciuitatē esse adeo obli-
dione cinctam
vt nil in eā in-
gredi posset.*

*Nota Cortes
sij sententiam
vt ciuitate pos-
tatur, & hosti-
bus timorem
iulerat.*

MOC Interim dum hæc constituebantur tres, aut quatuor dies præteriere, Incolæ ciuitatis animo concepere nos aliquid magni contra eos machinari, ipsi quoq; per ea, quæ postea apparuere parabant omnia ad sui tutelam possibilia, quæadmodū etiam suspicabamur, Et ordine amicis nostris dato, q̄ terra, & aquis Ciuitatē oppugnaturū ire debebamus, Sequēti die post missarū solennia proficisci cœpimus ad ciuitatē, & quū peruenissemus ad transitū aquæ, & aggerem, qui est initio magnarū domuū in platea constitutarū, & eū oppugnare volētes, Incolæ Ciuitatis nos quiescere innuerunt, asserentes pacē inire velē, & ipse iniunxi nostris ne vltius pugnā inirent, & significauī illuc dominus ciuitatis me allocutū aduentaret, & pax componi posset, & cū retulissent aliquos eū euocatū profectos, me vltra horam detinere, Ipsi enim re uera pacē non exoptabant, & hoc demonstrarunt, quoniam illico nobis quiescentibus in nos sagittas, fustes, & saxa iaculari cœpere, Hoc viso, aggerem oppugnare cœpim⁹, eūq; occupauim⁹, & quū plateā ingressi fuim⁹, eā magnis saxis refertā inuenim⁹, ne eqtes veloci passu currere possēt, Solido em loco eqtes solos timent, & inuenim⁹ vicū lapidib⁹ solis obstructum, & alium etiam saxis plenum, ne equites eo passim currere possent, & ab eo die ita oppleuimus eum vicū, ubi aqua versaba-

*Proficiscitur
in ciuitatem
Cortesi illi
oppugnandi
gratia.*

*Hostes sagittas
iaculasq; in
Hyspanos pa-
cē expectātes
iaculantur.*

Incipit Coz
resit solo equa
re domos ciuis
tatis Lemis
titan.

Quo ordine
ingredit Coz
relius ciuitate
cum Indis si
bi amicis.

Insidias para
bant quotidie
Hyspani indis
vt eos interfici
cerent.

Retrocedunt
Hyspani a ci
uitate 7 ho
stes animos re
assumunt.

tur, & quo ibatur ad plateã, ut nunq̃ postea eũ Indi opplere pota
erint, & postea paulatim cœpimus solo equare eas domos, opti
me obstruere, opplereq; ea, quæ occupabamus ab aqua, & quum
eo die peruenissemus vltra centũ, & quinquaginta milia hominũ
bellatorũ, multa gesta sunt, & eo pacto, die illo pedem retulimus
in castra, & bergantini vna cũ Canois amicorũ nostrorũ, plurimũ
intulerunt damni Ciuitati, & ut quiescerent retrocessere,



EQVENTI Die eodẽ ordine Ciuitatẽ ingressi sumus.
& peruenimus ad ambitũ illũ, & peristillũ, vbi sunt tur
res suorũ Idolorũ, Iniunxi p̃fectis nil aliud faciendũ
curarent, nisi ut opplerentur vici, in quibus aqua vera
sabatur, & equarent malos transitus, quos occupaueramus, & In
di nobis amici aliqui domos comburerent, & solo equarent, reliq
irent pugnatum contra hostes locis solitis, & equites omnes tue
rentur, ne a tergo adorirentur, & ipse ascendi vnum ex altioribus
Idolorũ turrim, quoniam Indi me optime noscebant, & ascẽ
sum meũ moleste tulissent, ab ea turri animũ addebam amicis, &
suppetias ferẽdas cõmittebam, quum necessitas ingruerat, quia
cum assidue pugnarent, hostes aliquando, & aliquando nostri re
trocedebant, qui illico subleuabantur a quatuor equitibus, qui au
datiã eisdem subministrabant, ut in hostes irruerent, Eo pacto, &
ordine Ciuitatem ingressi sumus quinq; aũt sex continuis diebus,
& in reditu semper amicos nostros anteire iuebamus, & aliquã
do in insidiis collocabamus aliquos hyspanos in quibusdã domi
bus, & equites remanebant, & vi nos retrocedere simulabam, ut
eos ad plateã ingrediẽdã allicerem, hoc pacto vna cũ Insidiis pe
ditũ quotidie hora tarda aliquos vulnerabam, & quodã die ex
p̃dictis in platea continebant septẽ, aut octo equites p̃stolantes
hostiũ egressum, & cũ eos egredi non videret, simularũt recedere,
& hostes suspitione adducti, ne in reditu eos vulneraret, ut facere
consueuerant, post parietẽ latebant, & in subdialibus pauimẽtis,
& eorũ innumera erat multitudo, & cum hostes eos insequerentur,
qui erant octo, aut nouẽ numero, ipsi exalto occupauerãt faucem
vnus vici non potuere insequi hostes, qui aufugiebant, & reuer
ti coacti sunt, & hostes elati, q̃ eos retrocedere coegerant, rabide
more canũ in eos irruebant, Illi vero, qui maxima circũspectione
pugnabant, eo se recipiebant, ubi damnũ pati non poterant, no
stri dãna patiebantur ab eis, qui in parietibus locati erant, & coa
cti fuere retrocedere, & vulnerarunt duos equos, quod effecit, ut

XXXVIII

eisdē insidias struere constituerē, prout infuturū Maiestati vestre referā, Et eo die hora satis tarda deuenimus in castra, relictis omnibus occupatis tuto solo æquatis, & Incolæ ciuitatis erant admodū læti, arbitrabantur enim nos metu discessisse, & ea nocte nuncios destinaui ad Maiorē executorē, ut ante lucem cū quindecim equitibus ex suis, & petri de Aluarado venirent ante lucē in castra nostra.

Reuertit in castra cortesi

QUINDECIMO die summo mane Maior executor in castra peruenit comitantibus quindecim equitibus, & ipse habebat ex equitibus ex præsidio Cuyoacan impositis viginti quinque, qui ascendebant ad numerū quadraginta equitū, & decem ex illis iniunxi, ut illico mane discederēt omnibus reliquis pedibus comitantibus, & ipsi vna cū reliquis pugnam inirent solo æquarent, occuparentque omnia, quæ possent, quoniā ego cū tempore retrocedendi aduentasset, illuc irem comitantibus reliquis triginta equitibus, & quum scirent maiorem Ciuitatis portionem solo æquatā quanto possent hostes insequerent, donec eos ad loca turta, & vicos, quibus aqua versari solet ingredi cogerent, & ibi morarentur, donec retrocedendi tempore adueniret, & ipse me vna cū illis triginta equitibus a nullo cōspectus in insidiis collocare possem, in quibusdā magnis domibus, quæ sunt proximè reliquis illis magnis in platea constitutis, & hispani executi sunt mādara mea, & per horā post meridiē, assumptis illis triginta equitibus ciuitatem sum ingressus, & quū eo puenissem, eos collocaui in illis magnis domibus, ipse discessi, ascendique turrim illā excelsam, ut moris erat mei, & dū ibi morā traherē, Hispani aliqui sepulcrum aperuerunt, & in eo inuenere varias res aureas ad mille, & quingētos Castellanos, & cū iam adesset hora retrocedendi maximo ordine redire inciperēt, & quæ equites postquam retrocessissent ad plateam, fingerent velle eos inuadere, non tamen audere demonstrarēt, & istud fieret, quū circūcirca, & in platea esset maxima hostiū multitudo, In insidiis collocati admodū desiderabāt tempus aduentaret, Optabant enim rem bene gerere, & iā molesta erat diuturna mora, & ego me illis coniunxi, & iam hispani tamen pedites, quæ equites retrocedebant ad plateā, & etiā Indi amici nostri, qui iā insidias cognouerant, Hostes autē tot vociferationibus insequerantur, ut maxima viderentur potiti victoria, & nouē illi equites fingerent aggredi eos per plateā, & postea retrocedebant, & quū hoc bis simulassent, hostes tantū fauorē conceperāt, quæ usque ad equorū nates

Instruit insidias Cortesi incolis e Te mixritan vt equitibus eos intercludat.

Loca insidiarum que parantur iudis.

Nota Hispanum in sepulcro quodā inuenisse quedam aurea.

Retrocedere fingunt Hispani & indios insequi.

Exeunt ex insidijs Hispani contra incolas ciuitatis & plures interficiunt.

Quñ Incolæ ciuitatis comparere nō auderent seruos destinant. videant an in castra deuenierit Hispani.

Ex hac victoria incolæ ciuitatis maximū cōcepere timorem.

Interficitur ab iudis equa quedā cuius mortem Hispani moleste rulare.

percutiendo venerint donec eos collocarent in vico eo, vbi paratæ erāt insidiæ, quū vidim⁹ hispanos anteire, & pixidis emissionem audiim⁹ quod signū nobis paratū habebamus, cognouim⁹ tps aduētasse, ut exirem⁹, & Diui iacobi cōclamato nomine illico eos aggressi fuimus, & insecuti fuimus per plateā vulnerādo, sternerdoq; & intercludēdo plures, qui ab amicis nris, qui nos sequebātur, capiebāt, ita ut in his insidijs interfecti fuerint vltra quingēti ex hostibus, & ex primatibus robustioribus, & magis strenuis, & ea nocte amici nri laura potiti sunt cena, Omnia enim interēptorū cadauera cepere, & in frustra attulere, ut eadem in cena cōmederēt, tanta fuit admiratio, quā concepere, quū se tā repente p̄fligatos conspexere, ut nec locuti fuerint nec vociferationes emisissent, omni ea nocte, nec ausi sunt alicubi incipere cōparere in vicis, aut subdialib⁹ pauimētis, ubi nō essent plurimū tuti, & cū nox adueniret, & nos discedebamus, apparuit Incolas Ciuitatis misisse seruos quosdam visum, an recederemus, & quū quodā vico cōparere cōeperūt, eos aggressi sunt decē, aut duodecim equites insecutiq; & ita egere, ut nullus euaserit, concepere hostes hac victoria tantū timoris, vt nūq; omni hoc durante bello ausi sint plateā ingredi, quādo recedebamus, quū vnicus tantū esset in ea eques, nec ausi sūt Indū aliquē, aut peditē ex nris insequi, arbitrātes ne denuo insidias eis parauissem⁹, & gesta illi⁹ diei vna cū victoria, quā omnipotens elargitus est, fuit potissima causa, ut citius Ciuitate potiremur, Incolæ enim illius maximā cōcepere exanimationē, & amici nostri animis creuere, & eo pacto p̄fecti fuimus in castra, certa sentētia accellerādi, ut bellū hoc perficeret, & nullū prætēmittēdi diē absq; ingressu in ciuitatem, donec bellum esset confectum, & eo die nullum accepimus incōmodū in castris nostris, eo dempto, q̄ cū ex insidijs prodibamus duo equites cōcurrerūt, & alter eorū cecidit ex equa, & ea recto tramite progressa est ad hostiū turmas, qui eā sagittis impetebāt, & vulnerib⁹ cōfossa cernēs impiū sibi malū illatū ad nos reuerſa est, & ea nocte mortua est, & quū maxime tristati fuerim⁹, quū equi, & equæ maxime faciāt ad salutem nram, tamen nō tantū moleste tulimus, quē admodū si mortua esset apud hostes, ut reipsa euenturū putauimus, si enim ita euisset maiori potiti fuisset gaudio, quā premerentur dolore illorū, quos neci dederamus, Eodē die Bergantini una cū Canois amicorū nostrorū in ciuitate maximā hostiū stragē cōmisere, absq; aliquo sibi illato incōmodo,



VVM Sciremus iam Incolas Ciuitatis perterritos pa

uore, percepimus a duob9 ex illis modicę cōditionis, qui nocturno tempore clā ciuitate egressi fuerāt, & ad nra castra puenerant, quū fame premerēt, q̄ nocte exhibāt piscatū inter domos ciuitatis, & pficiscbant ab ea parte, quā occupaueramus querētes ligna, olera, & radices, ut eas cōmederēt, & quū iā plures vicos, ubi aq̄ versabat̄, oppleuissimus, aptaueramus plures malos transitus, in ipsa aurora ciuitatē ingredi cōstitui, & omne possibile damnū illis inferre, & Bergātini ante lucē, & ipse decē, aut quindecim comitātibus equitibus, & quibusdā peditibus, & Indis amicis nostris ingressi fuimus, & prius disposuimus speculatores quosdā qui, quū iā illucesceret signū nobis in insidiis collocatis dedere, & aggressi sumus infinitū numerū, quū tamē maior pars esset ex miserabilioribus ciuitatis, ut plurimū erāt vxores, & pueri, & tantū damni illis intulimus locis illis, quibus poteramus p̄gredi per ciuitatem ut mortui, & captiui ascēderint vltra octingenti, & Bergātini similiter cōperūt plures ex hostibus, vna cū canois, quibus piscabāt & maximā ciuitati stragē intulere, quū duces, & primates ciuitatis nos ea pficisci viderūt hora non cōsuetā, maxime mirati sunt, ut prius admirati fuerāt insidias p̄teritas, & null9 eorū ausus est nobiscū cōgredi, & sic reuersi fuimus in Castra maxima preda, & cibo ad usum amicorū nostrorū,

Intelligit a capriuo quodam Corthesius nicolas ciuitatis exire ad herbas collegendas & piscatum.

Maximum in fert damnum Corthesius incolas ciuitatis et bergantini similiter.

SEQVENTI die summo mane in ciuitatē reuersi sum9, & quū amici nri cernerēt bonū ordinē, quē habebam9, ad eā extremę dandā internitioni, tāta erat indies venientū multitudo, ut numerari non posset, & ea die occupandi vicū, quo p̄greditur ad Tacubā finē imposuimus, & lateribus implendi malos trāsitus, qui in ea cōtinebant̄, ita ut milites castrorū petri de Aluarado nobiscū conuenire possent in ciuitate, & in vico, quo puenit̄ in forū duos alios pontes occupauimus, & eos optime oppleuimus, & cōbussimus domos ipsius dñi Guautimucin nomine Iuuenis decē & octo annorū, qui secūdus erat dominus post mortē domini Muteezuma, In his edib9 hostes varia locarāt munimina, erant enim amplissimę, & munitę, aquisq̄ circūallatę, occupauim9 quoq̄ geminos pōtes aliorū vicorū, qui sūt apud vicū, quo p̄gredit̄ in forū, & oppleti sūt plures mali trāsitus, ita ut ex quatuor ciuitatis illius portionibus, tres occupaueram9, & hostes nil aliud agebant, p̄terq̄ retrocedere ad loca tutiora, ad domos scilicet quę in aquis constitutę erant.

Sam conueniunt Dilites Petri de Aluarado cū nostris militib9.

Quartū ciuitatis iam occupauerāt Ispani.

QUARTO vero die, qui fuit in festiuitate Sancti Iacobi, ordine iā dicto ciuitatē ingressi fuimus, & secuti iter nostrū vico illo, qui p̄tendit̄ in forū, & occupauim9 vicū latū in quo versa-

*Nota laborē
ab Hyspanis
passū in oppre-
do vico occu-
pato.*

*Solo equant
7 comburunt
domos ciuita-
tis Indi Hys-
panis amici.*

*Reuertunt in
ciuitatē Hys-
pani 7 aliqua
portionem oc-
cupant.*

*Turrib' Idoli-
orum iniectū
ignē spiciūt
Hyspani.*

bat aqua, ubi hostes maxime se tutos arbitrabāt, & quibus morati fuerimus multū in occupādo eo vico, & discrimina passi fuerimus multa, tota ea die tantū efficere nō potuim⁹, ut quū vicus esset iam eū penitus oppleuerim⁹, ut equites trāsire possent ad aliū vicū, & quū oēs essemus pedites, & hostes cōspicerent equites nō trāsisse multi recentes, & strenuiores ex illis nos aggressi sunt, & quibus primū eis obstitim⁹, & nobiscū plures milites Balistis vtētes haberem⁹, reuersi sunt ad suos aggeres, & munimina, quæ extruxerāt, quibus multi ex illis sagittis fuerint cōfossi, & ulterius oēs hyspani pedites utebant̄ suis hastis, quas picas nominam⁹ in hyspaniis, eas enīz efficiēdas curauerā post nram p̄stigationē, quæ res fuit nobis ad modū p̄ficua, Eo die ab utroq; latere aliis rebus non incubuimus nisi cōbustioni, & æquationi domorum illius vici, quod erat visu miserabile, quū tamē aliud facere non possemus, cū ordinē sequi cogebamur, Quū incolæ ciuitatis tantā stragē, ac ruinā conspicerent, ut animū p̄ferrent Indis nobis amicis dicitabāt, & nihil aliud agerent, quā cōburere, & solo equare, quoniā illi noua edificiā cōstruere ab illis impostertū cogere, quoniā si ipsi victoria potiti essent, ita futurū optime nouerāt, sin minus, quod eos ad usum nostrū cōstruere cogere, & deo placuit, ut vltimo suo dicto res fuerit verificata, quāuis ipsi met sint, qui ea cōstruant,



LIO DIE summo mane ordine solito ciuitatē ingressi fuimus, & quū puenimus ad vicū, quē p̄cedēti die oppleueram⁹, eo modo eū inuenimus, ut prius reliqueramus, & p̄gressi vltius per geminos Balistæ iactus, occupauimus duas magnas aquarū fossas, quas effoderant in ipso solido vico, & deuenimus ad paruā turrim Idolis suis dicatā, in ea cōperimus quædam Ch̄rianorū capita, quos interemerant, & maxima fuim⁹ adducti mœstitia, & ab ea turri erat rectus uicus ad castra Petri de Aluarado, & a sinistro latere erat vicus, quo pueniebat̄ in Forū, in quo iā aqua non cōtinebat̄, p̄terq; in vno vico, quē tuebant̄, & eo die ulterius non p̄cessimus, Certauimus tamē acriter, & diu cū hostibus, & quū quotidie omnipotēs nobis victoria potiri cōcederet, semp ipsi erant inferiores, eo die hora iā tarda reuersi fuimus in castra,



POSTERO die quū cōponeremus nos ingredi ciuitatē, hora nona diei e castris fumū ex geminis altioribus Fori, aut Tetebulco turribus exire cōspeximus, & quid esset cogitare non poteramus, & quū videremus fumū illū maiore esse, quā quādo suffittus Idolis suis effitiūt, suspicati fuimus milites Petri de Aluarado illuc puenisse, quibus reuera ista esset, non tamen id

uer.ū esse posse putabam⁹, & certe eo die Petr⁹ de Aluarado vna
 cū ei⁹ militib⁹ strenue se gessit, Superant em̄ plurimi pōtes & ag-
 geres occupādi, & sēper accedebat ad eos tuēdos maior ciuitatis
 Incolarū multitudo, quū tamē cōspicerent nos e nr̄is castris hostes
 stringere omnibus possibilib⁹ modis laborauit, ut Forū ingrede-
 ret, Ibi enim erat omniū hostiū robur, non tñ eualuit vltterius pro-
 gredi nisi ad cōspectū illius, & duas illas turres occupare, & tur-
 res alias plures, quæ erāt ppe ipsū Forū, qd fuit tā latū q̄ ambit⁹
 multarū turriū ciuitatis, & eqtes fuere in maximo labore, & coa-
 cti sunt retrocedere, & dū retrocederēt, tres equos vulnerarunt, &
 eo pacto Petrus de Aluarado, vna cū militib⁹ reuersus est in sua
 castra, ¶ Nos vero nolim⁹ occupare eo die pontē vnū, & vicū, in
 quo aqua cotinebat, qui solus occupād⁹ erat, ut in Forū puenire
 possem⁹, Sed tñ incubuimus, ut opplerent qdā mali trāsitus, &
 in reditu nos acriter pressere, q̄uis eisdē potius damno cesserit.

*Nota egregia
 n̄ Petri de Al-
 uarado 7 cont
 militonū suo-
 rū facinus.*

*Tres vulnerā
 tur equi ab in-
 colis ciuitatis
 Temixtitan.*



SEQVENTI die sūmo mane Ciuitatē ingressi fuim⁹
 & quū (donec pueniret in Forū) nil occupandū superat,
 nisi vicus aqua plenus cū suo aggere, qui herebat turri
 de qua supius memini, eū oppugnare ccepimus, & sig-
 nifer qdā comitatibus tribus, aut quatuor hyspanis sese aquis cō-
 misere, & incolæ ciuitatis illico locū deseruere, & locus oppleti ce-
 ptus est, ut eqtes trāsire possent, & dū ista agerēt, aduenit Petrus
 de Aluarado eodē vico comitatus quatuor eqtibus, & gaudiū, quo
 repleti sunt milites, amborū castrorum fuit incōparabile, Illud
 em̄ erat iter, & mod⁹ cito finē imponēdi bello, & Petrus de Aluara-
 do relinquebat p̄sidia a tergo, & a laterib⁹, tā ut tueret acquisita,
 q̄ ad sui defensionē, & q̄ primū trāsitus ille fuit aptatus, vna cū
 aliquibus eqtibus Forū inspecturus sum p̄fectus, & iniūxi militib⁹
 nr̄orū castrorū, q̄ nullo pacto vltterius p̄gredere. & cū aliquantu-
 lū per plateā spaciati fuissē⁹ p̄spitientes porticus, qui cū subdiali-
 bus pauimētis erāt hostibus referti, & quū platea esset ampla, &
 eqtes in ea p̄gredi possent, & quū eqtes cōspicerēt, ap̄ p̄quare nō
 audebāt, & ego ascēdi illā magnā turrim, quæ foro adiacet, & in
 ea inuenimus oblata ch̄ianorū capita, quos nobis interemerāt, &
 ab ea turri prospexi quantā ciuitatis portionē occupaueramus, &
 p̄culdubio ex octo portionib⁹ septē occupaueram⁹, & quū cogno-
 scerē tantā hostiū multitudinē tā angusto loco cōtineri, maxime cū
 dom⁹ illē, quæ possidebāt essent tā angustē, & quelibet ex se super
 aquas constituta, & imprimis maxima apud eos erat fames, &
 quia in vicis inueniebamus extractas cortices, atq; radices ar-

*Signifer se a-
 quis commit-
 tit quo viso ho-
 stes munitum
 locū deserunt.*

*Inueni in que-
 busdā turrib⁹
 intersectorum
 ch̄istianorū
 capita que
 dijs suis obtu-
 lerant Indit.*

Nota Cortesius dispicere damnū quod infererat hostibus e Lemixitan.

Machinā ad hostes deterrēdos cōstruere parat Cortesius cū Hispanis.

Nota locum ubi Spectacula edebant populo in ciuitate Lemixitā.

Indi nullo pacto deditiōne facere volunt.

Iniungit amicis Cortesius ne excurtibz damnū inferāt

borū, cōstitui nolleeos aliquot dierū spatio oppugnare, & mouere sibi aliquas conditiones, quibus tanta multitudo petire non cogeret, & mihi certe dolorē incredibilē afferebat dānū, quod illis inferebamus, & assidue eos moneri curabā, ut pacifice nobiscum agerent, illi autē respōdebant nullo pacto deditiōne facerent, & quā vnicus, qui superesset certando mori debebat, & de omnibz, quæ ab eis possidebant, nil ad nos deuenire permetterent, sed ea cōbusturi erant, & aquis submersuri, ubi non videri possent, nec apparere, & ipse ne malū p malo redderē, dissimulabā, ne eos oppugnari permittebam,



QVVM modicum pulueris ad tormenta obtineremus per dies quindecim antea cōsuleram machinā cōstruere, & quāuis nō adessēt artifices, qui optime eā cōficere callerēt, Quidā fabri lignarii se se illā pfecturos obtulere, paruā tamē, & quāuis cogitassē nil eos boni efficere posse, ānui tamē ut illā erigerēt, & illis diebz, quibz hostes tā angusto loco clausos tenebam perfectā extitit, & eā adduxere locādā loco quodā instar Theatri, qui est in medio plateæ ex calce, & lapidibz quadratis ad proceritatē gemini hominis statz cū dimidio, & ab angulo ad angulū intercedere potest trigita passuū intercapedo, q locz ab eis paratus extiterat, ut cū aliqui ludi edebātur, ibi ludos, & spectacula edentes locarent, ut vniuersi in foro cōstituti, & illi, qui erant inferius, & in porticibus cōspicere possent, quid ederet, & quū eo illā adduxissent triū, aut quatuor dierū spatiū consumpsere, anteqz locaret, & Indi nobis amici ea machina minabant Incolis ciuitatis asserendo ea machina oēs interficiendos, & quāuis nil aliud pferret, quēadmodū etiā nil pfercit, tamen satis erat timor, quē Indi hostibus inferebāt cogitātes eos deditiōne facturos, & neutrū subsecutū est, quoniā fabri lignarii machinā non perfecere, nec Incolæ ciuitatis (quāuis maxime timerēt) pactū aliquod deditiōnis demōstrarūt, & machinæ defectū dissimulauimz, asserētes nos misericordia moueri, ne omnes penitus interficeremus,



SEQVENTI Die post locatā machinā reuersi fuimz in ciuitatē, & quū iā intercessissent tres, aut quatuor dies, quod ciuitatē non oppugnaramz inuenimus vicos, quibus pgredebamur mulieribus, puerisqz refertos, ac aliis miserabilibz personis, qui fame moriebant, semimortui, debilesqz exhibant, quæ erat res visu miserabilior, qz in uniuerso orbe cōperiri posset, & ipse amicis nrīs iniunxi, ne pacto aliquo dānū aliqd inferrēt, nullz in bello aptus exibat, ut aliqd dānū sibi inferri posset, quāuis uideremus eos in subdialibz pauimētis vestibus

fuis cooptos, & inermes, & ego illo die eos de pace cūmonēdos curavi, & eorū respōsiones erant dissimulationes, & quū maiori pro parte diei nos eo pacto protraherēt, illis nūciandū curavi me eos oppugnare cōstituisse, & eorū multitudinē retrocedere mādarent, alias pmitterē amicis nris, ut eos interimerēt, & ipsi retulere se pacē desiderare, Ipsis autē responsū dedi, me ibi dominū nō cōspicere, quocū de pace agi debebat, & cū aduētasset, & ad cui9 aduētū sibi oēm saluū cōductū, quē postularēt, imptrirer, de pace ineūda colloqremur, & quū cōspiceremus esse illusionē, & hostes oēs accūctos, quū eos pluries pacifice monuissem, ut eos in angustiora deducerē, & illos ad extrema locarem9, Iniunxi petro de Aluarado, ut omnib9 suis copiis ingredere a latere vnus magni vici, quem hostes obtinebant, in quo continebant ultra mille domus, & ipse ab alio latere pedes ingressus sum comitantibus omnibus nostrorū castrorū copiis, equites enim ibi nil prodesse poteram9, & tam acriter a nobis, & ab amicis nris est pugnatū, ut eū oēm vicū occupauerimus, & tā ingens fuit cedes hostiū nrorū, ut eo die desiderata, captaq; sint vltra duodecī milia Indorū, quibuscū Indi nobis amici tantū seuitie vtebant, ut nulli vitā condonarēt, quibus etiam a nobis reprehenderentur, corrigerenturq;

Diffimulabāt iudicē Lemixitan cū Cortesio circa pacem ineūdā.

Ordinem ponit Cortesius quibus modis ciuitatem ingreditur.



LIA Sequēti luce in Ciuitatē reuersi sum9, & ne pugnā cōmitterent p̄cepī, nec hostib9 dānū aliquod inferrēt, & cū ipsi cōspicerēt tantā hoīm multitudinē in illos moueri, & cognoscerēt Vasallos suos, & eos qbus p̄cepere solebant mortē sibi minari, & se ad extremū deductos cōspicerent, & ubi cōsisterent non haberēt, nisi super suę ciuitatis demortuorū cadauera, oprātes tandē eximi a tam acri infortunio clamabant cur iā illos nō interficiebamus, & maxima celeritate me auocandū nunciarūt, quoniā me alloqui desiderabāt, & quū hyspani oēs finē hui9 belli maxime optarent, & moleste ferrent tm̄ damnū, quod illis inferebat, maxima sunt affecti lētia cogitātes, eos pacem cupere, magno gaudio me accersitū venere, & importunarūt, ut accederem ad aggerem quendam, in quo erant aliqui ex primatibus, qui mecum colloqui volebant, & quamuis iter meum parū profuturū ipse cōspicerem, constitui tamen ire visum quomō res se haberet, cognoscebā enim, q̄ deditio omnis verābat in domino solū, & in tribus, aut quatuor aliis ex primatib9 ciuitatis, quoniam reliqui, aut viui, aut mortui desiderabant iam se extra eum locū cōstitutos, & quū peruenissem ad aggerē, mihi significarunt, q̄ post q̄ illi me solis filiū cognoscebāt, & sol tā breui spatio vnus

Fra nicolarū e Lemixitan q̄ vasalli sui eos oppugnat.

Cortesio dicit omniē deditio nem in domino ciuitatis cōsistere.

Mota Indos
Cortesiū so-
lis filium ap-
pellare.

Quendam ex
primatib⁹ ciui-
tatis apud se
captiuū desti-
nat Cortesius
vt alloquatur
dñm ciuitatis

Interimendū
sacrificandūq;
iubet dñs ciui-
tatis eū qui de
pace ineunda
missus fuerat
a Cortesio.

Jam ad extre-
mum redacti
sunt incole ci-
uitatis tamen
adhuc dedere
se recusant.

dici, ac noctis circūibat vniuersum terrarū orbem, quare eo breui spatio eos etiā non interficiebā, & eos a tot penis nō eximebā, quoniam ipsi iā mori exoptabant, & cœlū ascendere ad suū Ochilubū, qui eos ibi expectabat, ut eis requiē cōdonaret, Illud est Idolū, quod Indi maiori prosecunt⁹ veneratione, ego aut⁹ multis respōdi, ut ad deditiōē faciendā allicerē, nil tamē proderat, cū in nobis ea pacis signa viderent, quæ nuncq; victi p̄fetulere, quū essem⁹ nos auxilio diuino victores,



QVVM ad extremū hostes adduxissemus, ut ex iam dictis colligi potest, ut eos a malo eorū proposito persuaderemus, quū eorū anim⁹ esset mori, allocut⁹ sum quēdam ex primatibus inter eos, quē captiuum habebam, captiuūq; tenuerat antea per duos, aut tres dies patru⁹ don Ferdinandi domini Ciuitatis Tesayco, dū in ciuitate pugnaret, & quāuis esset vulneratus, eū sum allocutus, si vellet in ciuitatē reuerti, & responsū mihi dedit velle, & quū sequēti die ciuitatem fuissemus ingressi, illū cū aliqb⁹ hostib⁹ destināui, qui illū consignarūt Incolis ciuitatis, & iā illū fuerā allocutus diffusius, vt colloqueret⁹ cū domino Ciuitatis, & primatibus de pace ineunda, & ipse pollicitus est in eo se omnia, quæ posset effecturū, Incolæ ciuitatis illuz exceperere maxima obseruantia, tanq; ex primatibus vnū, & quāprimū eū adduxere in conspectū Guautimucin, & sermonem de pace habere cœpit, illico illū interficiendū, & sacrificandū cōmisit, & responsū, quod nobis dedere illud fuit, q; maximis vociferationibus aduenere, asserentes se velle mori, & fustes, sagittas, lapidesq; in nos p̄icere cœpere, & nobiscū acriter pugnare, & a deo ut nobis equū interficerent iaculo, quod ex ense, quē nobis abstulerant, fabrefecerāt, & postremo ille caro est sibi ascriptus p̄ticio, plurimi enim ex illis obiēre, & eo pacto in castra nostra reuersi fuimus.



QTSERO vero die reuersi sumus in ciuitatē, & hostes ad id deuenerāt, ut in ciuitate infinita Indorū nobis amicorū multitudo pernoctare auderet, & quū in cōspectū hostiū deuenissemus, noluimus cū illis pugnā inire, sed tantū de ambulare per eorū ciuitatē, cogitabamus nanq; q; omni hora, & momento ad nos pacifice proficiscerentur, & ut ad concordia eos allicerē, equitādo perueni ad aggerē quendā munitissimū, & acer siui quosdā ex primatibus mihi notos, qui post eū latebant, & eis significāui, q; postq; se p̄fligatos consp̄tiebāt, & si vellē vnica hora eos delere possem nullo superstite, quare Guautimucin eorum

Dominus me allocutū non veniebat, quoniā pollicebar illi me nil incōmodi illaturū, si ipsi, & illi uellent mecū pacifice agere, a me optime exciperentur, haberenturq; & alia secū multa tum locut; quibus ad lacrimas propensos reddidi, & flentes mihi responsuz exhibuere se optime nosse errorē suū, & exterminiū, & ipsi proficisci volebant allocutū eorū dominū, & vna cū responso illico reuerterentur, & ab eo loco non discederem, & ipsi discessere, & paruo spatio reuersi fuere, asserentes quū hora esset iam sera, Dominus illorū non aduenerat me allocutū, Sequenti tamē die procul dubio in meridie illum aduenturū putabant, ut me in platea Fori alloqueretur, & eo modo profecti fuimus in castra, & ego mandauī, ut in quadrato illo in medio plateæ existenti paratū haberēt stratū pro domino, & Primatibus Ciuitatis, ut ipsi habere solent, & vltierius sibi epulas pararent, & ita re ipsa factū exitit,



SEQVENTI Vero die ingressi sumus ciuitatē, & præcepī nostris copiis, ut paratæ essent, ne si hostes insidias pararent, nos incautos offenderent, & petro de Aluarado ibidem existenti idem nunciaui, & quā primū in Foro deueuimus nunciandū cōmisi Guautimucin me illū in platea præstolari, qui ut apparuit, cōstituit se illuc non venturū, & destinauit quinq; ex illis primatibus ciuitatis, quorū nomina quoniā ad rem non multū faciunt impresentiarū non recenseo, qui ut aduenere mihi significarūt, dominū illorū me certū facere & rogare eisdem, ut illi parcerem, quoniā eo non aduenerat, metu enī me corā cōparere non fuerat ausus, & etiā aduersa detinebatur ualitudine, & ipsos adesse, & quicquid uelle iuberem, quia ipsi illud exequerentur, & quāuis dominus eorū non aduenerit, plurimum tamen letati fuimus aduentu dictorū primatū, Videbatur enim modus negotio cito finem imponendi, & ipse eos hilari vultu excepi, & illico illis cibū, potūq; exhibendum cōmisi, in quo demonstrarunt famem, quā sustinebant, & postq; fuerant epulati, eis iniunxi, ut dominū suū alloquerētur, nec adduceretur metu. & illis fidē meā astringebā, q; quāuis in conspectū meū aduētaret, nil eidē nocendū pmitterē, nec aliquo pacto detinere, qm̄ sine illius presentia nil boni tractari, aut concludi poterat, & mandauī sibi cōmestibilia quedā exhiberi eorū refocillationis gratia, ut secum asportarēt, & eo in negotio pmisere omnia, quæ possent se effecturos, & ita discessere, & post duarū horarū interuallū, ad me reuersi sūt afferētes aliquas vestes ex bōbice, qbus ipsi utūt, & retulere Guautimucin eorū Dñm eo nō aduēturū, nec venire cōstituerat,

Pollice cor
telius nil incō
modi inferre
dño Lemixitan
tan si illum ad
deat.

Stratū para
ri iubet Cor
tosi pro dño
Lemixitan
ceteris primat
ibus.

Metu nō ad
uentare ad cor
telū nunciar
dñs ciuitatis
Lemixitan.

Comestibilia
quedā impar
titur Cortes
us primatib; e
Lemixitan.

Respondet cor
refusus se mira
ri cur dominus
coram eo com
parere non au
deret.

& se excusabat verbū cū eo se habiturū, Ego autē replicauī, me
causā ignorare cur timeret corā me comparere, postq̄ videbat me
eos, qui causā belli dederant, & fomēta optime me lecū gerere, &
ipso ire, redireq̄ permittebā, absq̄ incōmodo aliquo, & eos ro
gabā, illū allocutū reuenterentur, & multū prospicerent in illius
aduentu, postq̄ illi aduentus erat proficiuus, & ipse illud faciebā
ad illius commodū, & ipsi responderūt se ita facturos, & sequenti
die reuenterent ad me vna cū responso, & ipsi recessere, & nos in
castra nostra deuenimus,

In castra cor
refusi veniūt pri
m. tes ciuita
tis vt ad collo
quium cū do
mino ciuita
tis pficiscatur



DOSTERO Die summo mane Primates in castra nostra
aduenerunt, & nunciarunt proficiscerent ad plateā Ciuita
tis in Foro existentē, dominus nanq̄ eorū mecū ibi collo
qui volebat, & ipse ratus ita futurū, equū ascēdi, & iter
nostrū prosecuti, eū in constituto loco per tres, aut quatuor horas
morati sumus: nūq̄ tamen eo venire voluit, aut coram me cōpare
re, & quū viderē illusionem, & esset hora iam tarda, nec ipse domi
n9, nec nūcii, reuertebātur, Indos nobis amicos auocādos cōmisi,
q̄ remanserāt in ingressu ciuitatis fere per leucam ab eo loco, vbi e
ramus, quibus p̄ceperam, ne ulterius progredierentur, Incolae
enim ciuitatis ex poscerant, ne colloquio de pace ineunda aliquis
eorū interesset, & morā non traxere, Similiter illi, qui erant in Ca
stris Petri de Aluarado, & cum aduenissent, aggeres quosdā op
pugnare cōepimus, & vicos aquis refertos, qui adhuc in hostiū
potestate erant, nullū enim maius illis munimē supererat, & quo
usq̄ nobis visū est ingressi sum9 tam nos, quā Indi nobis amici, &
quando castris exiui iniunxerā Condisaluo e Sandoual, ut ingre
deretur ab alia parte domorū, ubi hostes se munerant, ita ut eos
circundatos haberemus, pugnā tamen non iniret, anteq̄ nos pri
us certare cognosceret, ita q̄ quū ita essent circumdati, & coartati,
nullus illis patebat iter, nisi per demortuorū cadauera, & subdi
alia pauimenta, quae illis adhuc supererant, & propterea non cō
periebant sagittas, fustes, aut lapides, q̄bus nobis obesse possent
& nobiscū proficiscerentur Indi nostri amici ensibus, parmisq̄ ac
cincti, & tanta fuit eo die tam aquis, quā contingenti in eos perpe
trata cedes, ut cāsa, captaq̄ fuerint vltra quadraginta milia homi
nū, & tantus erat infantiū, mulierūq̄ planctus, & vociferatio, ut
nullus adesset, cui cor pietate non moueretur, & nos alii plus nego
tii habebamus in deturbandis amicis nostris, ne eos interficerēt,
& ne tanta vterentur sauciā, q̄ in pugnando contra hostes, quae

Oppugnare
incipiunt hys
spani ciuitatē
visa illusionē.

Nota Indis
nō patere iter
nisi p̄ demortu
orum cada
uera.

Nota eo die
capta 7 cesaad
quadraginta
milia hostium

saucia nūq̄ Nationi alicui inesse visa ē, & aliena ab omni humanitate naturali, & ordine, quemadmodū in Incolis istarū prouinciarū, Indi nobis amici eo die præda maxima potiti sunt, quibus nullo pacto obsistere poteramus, Nos enim Hispani eramus forte noningēti, & ipsi vltra centū, & quinquaginta milia, & impossibile erat talē curā adhibere, aut diligentia, ut rapinæ eorū obsisterem⁹, quous nos omnia egerim⁹, q̄ potuerim⁹, & una ex rationib⁹ cur recularē in tale certamē cōcurrere cū Incolis Ciuitatis ea erat, q̄ si ui illos expugnabam⁹, id, quod possidebāt aquis submergerent, & quāuis aquis non submergerent, amici nostri omnia, quæ inuenirent, depredarent, vel eorū maiorem portionē, & propterea arbitrabar, q̄ parū cederet Maiestati Vestræ ex tot diuitiis, quæ in ista Ciuitate continebantur, & secundū ea, quæ prius pro Celsitudine Vestra habebam, & quia hora erat iam tarda, nec fœtorē Cadauerum sustinere poteramus, quæ per plures dies iacuerant in illis vicis, quæ res pestilentior visu erat, quam dici possit, in castra reuersi fuimus, Et in sero conueni, sequenti die nos ingressuros Ciuitatem, & aptarentur tria magna tormenta, quæ habebamus, ut eo adducerent, Cogitabā enim, q̄ cū hostes essent tam arctati, ut se circū agere non possent, quū vellemus ingredi absq̄ pugna aliqua possent hispanos aquis submergere, & volebam a longe tormentis aliquid damni inferre, ut inde discederent contra nos, Et pariter iniunxi Maiori Executori, ut sequenti die paratus esset ad ingrediendū cum Bergantinis per lacū quendā magnum inter domos constitutū, in quo congestæ erant oēs hostiū Canoæ, & possidebāt adeo exiguū numerū domorū, ubi esse possent, ut Dominus Ciuitatis, cū aliquibus primatibus Canoæ insiderent, quū quid agerent nescirent, & eo die conuentum fuit, ut Ciuitatē ingressuri essemus,

Nota incolas illarum prouinciarum maxima in hostes uti scuitia.

Nota fetorem ingentem ex de mortuorum cadaverib⁹ fuisse in ciuitate Temixtitan.

Nota dominiū ciuitatis canoa uehi cum locū ī ciuitate tutū non haberet.

SEQVENTI Die summo mane quū iā illucesceret, oēs paratos esse iussi, & conduci tormenta illa magna, & die præcedenti mandauerā Petro de Aluarado, ut me in platea præstolaretur, & Hostes non oppugnaret, donec illuc peruenirē, quū iam conuenissemus, & Bergatini essent parati post domos, in quibus erant hostes, Iniunxi, ut quū pixidis emissionem audirent, quadam parte, quæ occupanda supererat, ingrederentur, & hostes se aquis committere cogerent versus eam partē, ubi Bergantini parati esse debebant, & illos commonefeci,

Hh

Quidā Primates Ciuitatis Cortesii alloquuntur.

Iudicē Cortesius hostib⁹ ut pugne se accingant.

Mora fame ⁊ peste perisse vltra quinquaginta milia hominum.

Cortesius Iubet Indis amicis ne Incolas Ciuitatis ad eū confluentes interficiant.

ut curā adhiberent circa Guautimucin, & laborarent eū viuū capere, quoniā eo instanti omne cessaret bellū, & ego ascendi subdiale pauimentū, & anteq̃ pugnam iniremus, quosdam ex primatibus Ciuitatis allocutus sum, qui mihi noti erant, & eis dixi, quænam esset causa, cur eorum Dominus ad me proficisci noller, & postq̃ se ad extrema deuenisse conspiciebant, ipsi ansam non darent, ut omnes perirent, & illum auocarent, & nullo premeretur timore, & visū est duos ex primatib⁹ eum euocatū esse profectos, & post pusillū reuersus est cum illis vnus ex principalioribus inter illos nomine Cyguacoacin, qui erat Dux, & Præfectus omnium ipsorum, & eius Consilio omnia ad Bellum pertinentia regebant, & ego me sibi gratū exhibui, ut spem conciperet, & metum deponeret, & ipse mihi nūciauit, Dominū nullo pacto velle coram cō parere. & prius velle ibi mori, & q̃ ipse hoc moleste ferebat, & ipse facerē quicquid mihi videretur, Quū animū eius cognouissem dixi ad suos reuertetetur, ipseq̃ una cum illis pararent se, volebā enim secū pugna inire, & eos ad vnū interficere, Et quū in his cōuentionibus consumpsissemus vltra quinq̃ horas, Incolæ Ciuitatis omnes stabant super demortuorū cadauera, & aliqui in aquis, Aliqui vero natantes, & aliqui submergebant eo in lacu, ubi conueniebant Canoæ, qui erat latus, tantæ erāt eorū erumnæ, ut nullū sit Iuditiū ad cogitandū sufficiens, quo pacto eas pati possent, & maxima mulierū, & infantū multitudo ad nos confluebat, & ut quisq̃ primo accederet maxime properabat, alter alterū in aquas proiciebat, & inter demortuorū cadauera sumergebatur, & ut visum est ex aqua salsa, quā potabant, ex fame, & fetore tanta eos aggressa est pestilentia, ut vltra quinquaginta milia hominū perierint, Quorū cadauera, ne nos reliqui egestatē eorū cognosceremus, aquis cōmittebāt, ne Bergātini eos affenderēt, & nec extra eos piicibāt, ne nos reliqui in Ciuitate viderem⁹, & eo pacto in vicis illis in quibus illi moram trahebant inueniebam⁹ Cumulos Cadauerū, ita ut nullus alibi pedes locare posset, & quū incolæ Ciuitatis confluebant, ordinē dederam, ut in omnibus vicis essent Hyspani, ne amici nostri eos miseros, qui ad nos fugiebant interficerent, qui erant sine numero, & etiā significauī Ducibus Indorū nobis amicorū, ut nullo pacto paterentur ad nos confugiētes interfici, Et non potuit tantum resisti, aut obuiari, quin eo die non fuerint interfecti, & sacrificati vltra quindecim milia hominū & isto interim omnes Primates Ciuitatis, & reliqui Bello apti,

erant arctati in quibusdā subdialibus pauimētis, domibus, & aquis, ubi non proderat eis dissimulare, ut optime illorum intēritū aperte non prospiceremus, & debilitatem, quā iam tardam esse horā animaduēterē, Nec deditionem facere vellent, in eos magna illa tormēta aptari iussi, ut rentarē an deditionem facerēt, Maius enim damnū passi fuissent, si permissem⁹ Indos amicos nostros eos aggredi, q̄ ex tormentis, quæ aliquid damni eis intulerunt, & quū hoc etiā parū prodesset, pixidem emitti iussi, cui⁹ emissionē illico nri occuparunt angulū illū, qui eis supererat, & immissi aquis illi, qui in eo continebāt, Reliqui, qui superfuere, absq; pugna deditionē fecere, & Bergātini in simul ingressi sunt lacum illum, & aggressi illas Canoas, & homines bello apti, qui eis vehebantur pugnā inire non audebant, & omnipotenti placuīt, q̄ præfectus qdam ex nostris Garci Holguin nomine insecut⁹ est Canoā, qua sibi videbat hoīnes alicuius existimationis vehi, & quū in prora essent locati duo, aut tres milites Balistis vtentes, Spicula in existentes in Canois iacere parabant, Illi eisdem annuērūt ea vehi Canoa Dominū Ciuitatis, & propterea in eos Sagittas non emitterent, & ipsi illico illuc aduolarūt, Ceperūtq; dictū Dominū, & eū Guautimucin, & Dñm ciuitatis Tacuba, & quam plures alios, qui secū vehebant, & illico iā dictus præfectus Garci Holguin, mihi illū, vna cū aliis primatib⁹ captiuū adduxit ad illud subdiale pauimentū, ubi erā, quod herebat lacui domini ciuitatis, qui postq; confederat, & nullo vsus fuisset cū eo rigore, pximior mihi fact⁹ suo ydiomate retulit, se iā omnia, q̄ tenebat, exhibuisse, ut se, suosq; tueret, donec pueniret ad eū Statū, & imposterū de illo ad libitū disponerē, & apposuit manū pugioī cuidā meo, Rogauitq; ut illū transfigerē, & interficerē, Ego autē eū bono animo esse iussi, & eo capto, ōnis cessauit oppugnatio, Cui Deo Optimo Max, placuit finē imponere die Martis in Festiuitate Sancti Hyppoliti, XIII Augusti, M. D. XXI. Ita q; ab eo die, quo ciuitas obsidione cinēta est, & capta est XXX Marti dicti Anni, usq; ad expugnationē intercesserint septuagintaquinq; dies, quibus Maiestas Vestra perspiciet labores, pericula. & infortunia, quæ sui Vasalli subiere, in quibus quantū eorū personas ostenderunt ex gestis ipsis dignosci potest,

¶ Et omnibus illis septuagintaquinq; diebus, quib⁹ obsidio continuata est, nullus fuit sine pugna cū hostibus, aut magna, aut aliquali, & in die captiuitatis dicti Guautimucin, & expugnationis Ciuitatis Temixtitan, post coaceruata Spolia, & prædam, quā ha-

Hh ii

Notitur cinitate Temixtitan Cortesius.

Capitur domini Ciuitatis Temixtitan

Quo tempore inceptum fuerit bellum et quo perfectum:

Gratias agūt
hyspani deo oīs
potētī q̄ victo-
ria fuerint po-
titi.

beri potuimus, reuersi fuimus in Castra Gratias agentes deo de
misericordia, qua nos profecutus fuerat, & de tā optata victoria,
qua nos potiri pientissime permiserat.

VIMVS ibi in Castris tribus, aut quatuor diebus, ordinē
adhibendo plurimis rebus, quæ cōducebant, & deinde de-
uenimus ad Ciuitatē Cuyoacan, vbi hactenus moram traxi incū-
bendo, ut modū, & Regimen adhibeam, pacatasq; reddam has
prouintias,

fūdi mandat
Cortezius au-
rum expreda-
bitum.

COLLECTO auro, & aliis rebus, Consilio Maiestatis
Vestrae officialiū illud fūdi curauim⁹, quod fusū ascēdit
ad centū, & viginti milia Castellanorū, cuius cōsigna-
ta fuit quinta portio Maiestati Vestrae Thesaurario ab-
sq; quinta portione aliarū rerū, quæ Maiestati Vestrae pertinebāt,
seruituti ascriptorū, aliarūq; rerū, ut diffusius apparebit in relati-
one omniū, quæ Maiestati Vestrae spectauerint, quæ erit subscri-
pta nostris nominibus, Aurū vero, quod superfuit partitum fuit
inter me, & hyspanos, pro ut consuetudo, seruitiū, & qualitas cui-
usq; postulabat, & ultra prelibatū aurū, inuenta sunt quædā em-
blemata aurea, ex melioribus data est quinta portio dicto Maie-
statis Vestrae Thesaurario.

Partitū predā
inter Hyspa-
nos Cortezius.

IN PRAEDA, qua potiti fuimus in Ciuitate habuim⁹ par-
mas quasdam aureas, & pinnas, & alia ex plumis fabrefacta
tam mirabilia, ut scriptis demonstrari non possint, nec eorū excel-
lencia cōprehendi potest, ni videantur, & quū essent talia, partiri
debere non est visum, Sed illa Maiestati Vestrae donari deberent
Qua propter cōmilitones omnes cōuenire iussi, & eos rogavi, ut
lato animo paterentur, ut ea Maiestati Vestrae transmitterentur, &
portionē eam, quæ eisdem, & mihi obueniebat Maiestati Vestrae
cōdonaremus, & ipsi lato animo annuere, & eo pacto dictum do-
num Maiestati Vestrae transmittimus per procuratores, quos Cō-
siliū huius Nouae Hyspaniae destinat,

Rogat Cōm-
militones cor-
reliuere res ex
plumis Sa.
Ces. Da. do-
nent.

VVM Ciuitas Temixtitan primas obtineret partes in
hiis puintis, magniq; esset nominis, Visum est, cuidam
potenti domino innotuisse maximae prouintiae, quæ se-
ptuaginta leucis aberat a Ciuitate Temixtitan nomine
Mehuacan, qualiter eam destruxeramus, soloq; æquaueramus,
& animo voluens Dominiū illius amplitudinē, & munimen dictae
Ciuitatis visū est, q̄ postq; ea nobis obistere non eualuerat, nihil
nobis obstare posse, & metu adductus, legatos quosdam ad me

Domini De
chuacā pman-
cios se Sacre
Da. subdit.

destinavit, & suo nomine mihi adhibitis interpretibus nunciarunt, eorum Dominum percepisse nos magni domini esse Vasallos, & si id lato animo ferrem, Ipsi, & sui quoque cuperent esse Maiestatis Vestrae Vasalli, & maxima nobiscum iungi consuetudine, & ipse responsum dedi, id veritate fulciri, Nos esse Vasallos cuiusdam Magni Domini qui erat Maiestas vestra, & omnes, qui esse recusarent, illis bellum inferre constitueramus, & quod dominus illorum, & ipsi optime fecerant, Et cum a pauco tempore ad me cognitio Maris Australis Indici delata esset, ab eis informationem cepi, si per eorum provinciam, illuc proficisci possem, & ipsi responsum dedere, iri posse, eos rogavi, ut Maiestati Vestrae informationem transmittere possem, circa dictum Mare, ut per suam provinciam illuc adducerent duos hispanos, quos illis consignare, & ipsi retulere se lato animo ita facere velle, ut tamen possent peruenire ad Mare, cogebantur transire per provinciam cuiusdam magni domini, quocumque ipsi bella gerebant, & propterea eo tunc ad mare proficisci non poterant, dicti Legati e Mechuacan apud me moram traxere per tres, aut quatuor dies, & coram eis equites aliqua leuia prelia inire iussi, ut in sua provincia ista recenserent, & quum eis fuisset emblemata impartitus quedam, expediui eos una cum Hispanis, ut proficiscerentur ad dictam provinciam Mechuacan,

Mandata exponunt Cortesius quibus respondet benignus Cortesius

Pollicentur libenti animo velle Hispanos per eorum provinciam deducere nuncij.

UT ANTE posito Capite demonstraui, Potentissime Domine, non diu pridem cognitionem aliquam habueram de alio Mari Australi Indico, & cognoscebam, quod aberat duobus, aut tribus locis ad duodecim, tredecim, & quatuordecim dietas ab hoc loco, & multum eram desiderosus, quum scirem seruitium immensum Maiestati Vestrae ex eo prouenturum, maxime quum omnes aliquam habentes scientiam, aut aliquam experientiam in Navigationibus Indiarum certo crediderunt, quod si forte in his locis detegeretur Mare Australe Indicum, detegeretur plurimam Insulam ditam auro, & gemmis, emblematis, & aromatibus, & detegerentur multa secreta, & admiratione digna, & hoc affirmant pariformiter omnes periti, & experimentum habentes in Cosmographia, & eo desidero, & ut ex hoc Maiestas Vestra a me haberet hoc singulare, & memorabile seruitium, destinavi quatuor Hispanos, duos ad quendam provinciam, Reliquos ad duas alias, & cum eis informationem, quae itinera tenere deberet, & quum dedisset homines nobis amicos, qui eos conducerent, & cum illis proficiscerentur, discessere, & eis iniunxi, ne sisterent donec ad ipsum Mare peruenirent, & si illud detegerent, caperent possessionem illius realem, & etiam Corpora

Nota non diu habuisse Cortesium cognitionem Maris Australis.

Quatuor Hispanos destinavit Cortesius ad detegendum Mare Australis.

Subet Cortesius ne Hispani ab eo missi quiescant donec ad Mare peruenerint.

Duo alij Hispani maiore mora traxere donec reuerterent.

Mentione facit de quibusdam in prima relatione preterita contentes.

Mittit Condalium de Sandoual ad detegendum Australe indicium mare

lem Maiestatis Vestre nomine, & quidam ex eis profecti sunt per spatium Centum, & triginta Leucarum per plures bonas prouintias, absque impedimento, & profecti sunt ad Mare, & coepere possessionem, & in signum constituere Cruces aliquas in illius littore, & inde ad aliquot dies reuersi sunt cum responsione dictae detectionis, & mihi sigillatim de omnibus informationem dedere, & aliquos ex Accolis dicti Maris adduxere, Similiter attulere inditia auri ex multis aurifodinis, quae inuenere in illis prouintiis, per quas transuere, quae cum aliis inditiis impresentiarum Maiestati Vestrae transmitti, Reliqui uero aliquantulum diutius morati sunt, quoniam ipsi emensi sunt iter centum, & quinquaginta leucarum ab alio latere, donec peruenerint ad dictum Mare, & illi similiter coepere dicti Maris possessionem, & attulere latissimam informationem illius littoris, & aliqui ex Accolis secum aduenere, & eos, aliosque Hylari vultu excepi, & post datam sibi informationem magnae potentiae Maiestatis Vestrae ad patrios lares laeti reuersi sunt,



LIA RELATIONE POTENTISSIMO Domine Maiestati Vestrae significavi, qualiter eo tempore, quo Indi me prostrigarunt, & prima vice mea a Ciuitate Temixtitan eiecerant, defecerant a Vestra Maiestate omnes prouintiae dictae Ciuitati subiectae, & nobis bella intulerant, & duce hac relatione Maiestas Vestra poterit inspicere, qualiter coegimus ad illius Regale seruitium maiorem partem prouintiarum, quae defecerant, & quam quaedam prouintiae, quae adiacent Mari Australi Indico, per decem, quindecim, & triginta leucas, post defectionem ciuitatis Temixtitan defecerant, & eorum Incole proditorie interfecerunt ultra Centum hispanos, & ego donec modum imposuissim huic bello, non habui vires ad transmittendum copias contra eos, & expeditis illis hispanis, qui fuerant reuersi a detegendo Mari Australi Indico, Constitui mittere Condalium de Sandoual maiorem executorem committentibus triginta equitibus, & ducentis peditibus, & Indos nobis amicis, & cum aliquibus ex primatibus Ciuitatis Temixtitan, ad illas prouintias Tatactetelco, Tuxtebeque, Guatuxto, & Aulicaba, Dato illi ordine, quem obtinere deberent, in hac expeditione,



QUO TEMPORE Locumtenens, quem dimiseram in Ciuitate Finium Securitatis, quae est in prouintia Tepeaca, venit ad hanc Ciuitatem Cuyoacan, Atque me ad

monuit, qualiter Incolæ dictæ prouintiæ, & aliarum eidē vicinarum Maiestatis Vestræ Vasalli damna patiebantur ab Incolis prouintiæ cuiusdam Guaxacaque nomine, & propterea illis bellum inferebant, quoniā nostra iuncti erant amicitia, & q̄ ultra huic rei remedium imponere, erat optimū tutam reddere prouintiā Guaxacaque quoniam ea ibatur ad Mare Australe Indicū, & si eam pacatam redderemus, esset res admodū proficua, tam pro iam dicto, quā pro aliis plurimis causis, de quibus post hæc referā Maiestati Vestræ, & dictus Locumtenens, mihi retulit se optimā habere informationē sigillatim de omni ea prouintia, & paucis illā militibus subigere possemus, Ille enim dum ipse in Castris essem contra Ciuitatē Temixtitan, eo profectus fuerat, quoniam Incolæ prouintiæ Tepeaca institerant ut illis bellū inferret, quū tamen ipse non adduxisset ultra viginti, aut triginta Hispanos, illum redire coegerant, quibus non eo spatio, quo ipse desiderasset, & ego visa eius relatione, eidē equites impartitus sum duodecim, & pedites Hispanos octuaginta, & dictus Maior Executor vna cū locumtenente discessere comitatibus suis comilitonibus ab hac Ciuitate Cuyoacan tricesimo octobris, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo primo, & quū peruenissent ad prouintiā Tepeaca milites suos recensuerunt, & quilibet discessit ad sibi commissam prouintiā, & Maior executor inde ad viginti dies ad me litteras dedit se peruenisse ad prouintiā Guatusco, & quibus multū timeret aliquā oppressionē ab hostibus acceptū iri posse, quum gens esset bello agilis, & maximas haberent vires, omnipotētī tamē placuit, ut eum pacifice exceperint, & quibus ad alias non peruenisset prouintias, certe arbitrabar omnes Incolas illarū deditioem facturæ Maiestati vestræ, & post dies quindecim suas recepi litteras, quibus mihi significauit, illū vterius profectū, & omnes eas prouintias iam esse pacatas, & illi videbat, ut inde plus fructus caperet, in ea coloniā locandā, ut multo ante consulueramus, & prospicerē, quid in hoc esset per eū agendū. Rescripsi, gratias agendo ei de labore in ea expeditione per eū suscepto ad Maiestatis Vestræ commodū, & illi significauit sententiā suā esse optimā circa Coloniam deducendā, & mandauit, ut edificaret Ciuitatē ad hispanorū habitationē in prouintia Taxtebeque, & nomē sibi imponeret Medelin, & destinaui nomina Iudicum, & Regentium, & aliorum Officiorum, Quibus omnibus iniunxi, ut optime prospicerent ea, quæ commoda essent, & conducerent seruitio Maiestatis Vestræ, & q̄ Incolæ bene haberentur.

Vasalli Ces.
Ma. ab incolis prouintiæ Guaxacaque dāna patiunt.

Nota dū ciuitas Temixtitan oppugnabatur locumtenens tē securitatis nō quiescisse.

Prouintia Guatusco deditioem facit.

Coloniā constituit Hispani in prouintia Taxtebeque.

Discessit locū
tenentis ciui-
tatis finū secu-
ritatis Sua-
raca versus.

Aurifodinis
refertā prouin-
tiā Guaxaca
scribit Cortes
suis.

Constituit Co-
loniam consti-
tuere in ciui-
tate Temixti-
tan.

Legati domi-
ni prouintie
Zecoantepe-
que ad Cortes
resum veniūt
et dona afferūt

QUOVNTENENS Ciuitatis finū Securitatis, suis comilitonib⁹ discessit ad puintiā Guaxaca, magna copia hominū circūuicinatorum nobis amicorū, & quāuis Incolæ dictæ prouintie sibi obsistere cœpissent, & bis, aut quater cum eis strenue, & acriter pugnam iniuissent, tandem se pacifice dedidere absq; aliquo illorū incōmodo, & de omnib⁹ sigillatiz ad me scripsit, & mihi significauit prouintiā esse optimā, & aurifodinis refertam, & ad me destinauit optima auri indicia, quæ vna cum aliis Maiestati Vestræ transmittō, & ipse remansit in ea prouintia expectans quid sibi vellem iniungere,

QUVM Ordinem posuissē ad has duas prouintias de- bellandas, & quū cognoscerem optimū eorum euentū, & quum prospicerem me iam tres collocasse Hispanorū Colonias, & maior pars illorū mecum degebat in Ciuitate Cuyoacan, & quum consuluissemus quo in loco aliam loca- remus Coloniam circa Lacus, quū ea magis indigeremus ad tute- lam, & quietem omnium harū prouintiarū, & similiter cernentes Ciuitatem Temixtitan, quæ erat res tam celebris, & quam hacte- nus magniferamus, & de qua meminimus, visum est nobis in ea Colonia ponere, solo enim tota erat æquata, & ego fundos parti- tus sum illis, qui eam inhabitare constituebant, & nominati sunt Iudices, & regentes Maiestatis Vestræ nomine, ut in suis regnis fieri cōsuevit, & dū domus construunt, constituimus morā trahere in hac Ciuitate Cuyoacan, ubi impresentiarum sumus a quatuor, aut quinque Mensibus, in quibus dicta Ciuitas Temixtitan reficitur, & est Ciuitas pulcherrima, & credat Maiestas Vestra, q̄ in dies fiet nobilior, & amplior, adeo ut quemadmodum transactis temporibus fuit primas, & dominatrix omnium harū prouintiarū, in futurum quoq; fore speramus, & fit, fietq; ita, ut Hispani sint in ea munitissimi, tutiq; & multū Incolis præualescentes, & adeo, ut nullo pacto ab eis lædi possint,

INTERIM ut dixi Dominus puintie Tatutepeque, quæ heret Mari Australi Indico, per quā duo illi Hispani profecti sunt ad illud detegendum, destinauit ad me quosdam e suis proceribus, & eisdem se obtulit in Maiestatis Vestræ Vasallū, & destinauit munera aliqua, vide licet Emblemata quædam, & frusta auri, & alia ex plumis, quæ omnia cōsignata fuere Maiestatis Vestræ Thesaurario, & ego gra- tias egi dictis nūciis de oibus, quæ nomine Dñi mihi exposuerāt, & quedā illi afferēda sū impititus, & ipsi reuersi sunt multum læti,

SIMILITER eo tempore aduenere duo illi Hyspani, qui profecti fuerant ad prouintiā Mechuacan, per quā Nunciū, quos Dominus illius ad me destinauerat, mihi retulerant, etiam ab ea parte iri posse ad Mare Australe Indicū, Sed esse debebat per prouintiā cuiusdā eorū hostis & cū Hyspanis aduenit frater dicti Domini e Mechuacā cū aliis Primatibus, & familiaribus, qui ascendebāt ad mille viros, quos excepi, benignū aspectum eisdem exhibendo, & domini dicta prouintiā Calcucin nomine, Maiestatem Vestrā donarunt quodam munere parmarum ex argento, quæ ascenderunt ad multas selibras, & rerum aliarum, quæ omnia consignata sunt Maiestatis Vestræ Thesaurario, & ut modum nostrum prospicerent, & Dño suo nunciare, & recensere possent, in platea quadā conuenire iussi omnes equites, & coram eis cucurrerunt, & prelia leuia iniuere, & pedites suo ordine, & milites aliqui pixides emisere, & tormentis rurrim quandā impetendā curauī, qui admiratione maxima capti fuere circa ea, quæ in dicta turri acta sunt, & etiam quū equos currentes videre, & eos adducendos cōmisi, ut proficiscerentur visum destructionem ciuitatis Temixtitan, quam ubi conspexere, suasq; vires, & munimina, quū sit in aquis cōstituta, maiori affecti sunt admiratione, & post quatuor, aut quinque dies post multa exhibita ad eorū dominū afferenda, munera & pro ipsis met, quæ ipsi magni faciunt, in patriā læti discessere,

NTE hac retuli Maiestati Vestræ de flumine panuco, quod ē in littore infra ciuitatē Verē Crucis p̄ quinquaginta, aut sexaginta leucarū spatium, ad quod Naues Frācisci de Garay bis, vel ter profecti fuerant, etiā acceperant maximū damnū ab accolis illius, ob sinistrū modum, quē adhibuerāt præfecti, quos illuc destinauerat in rebus agendis cū dictis Indis, & ipse cemens, q̄ in omni Mari Septentrionali Indico est maximus portuū defectus, & nullus est similis portuū illius fluminis, & etiam, quoniam Incolæ illius prius venerāt ad me, & obtulerant se in Vasallos Vestræ Maiestatis, & nunc bella intulerāt, & inferunt Vasallis Vestræ Maiestatis, & nobis amicis Constitui illuc præfectū aliquē destinare cū aliquibus militib⁹, & pacatas reddere oēs illas prouintias, & si esset Tellus habitāda, ibi in ripa fluminis Coloniā cōstituere, Omnes enim circūuicinos pacatos tutosq; redderē, & quū effemus pauci, & separati in tres, aut quatuor portiones, p̄pterea aliqua suberat cōtradictio, ne ulterius milites ab hoc loco extraherē, partim ut opē ferrem amicis.

Hh v

Reuertuntur
Hyspani duo
ad detegendū
mare a Coz
telio missi.

Equites corā
Indis leuia
quædam prelia
iucāt & tormē
ta emittunt.

Deminit de
flumine Panuco
de quo in
secūda relati
one.

Præfectum
cum militibus
ad flumē Panuco
destinare
cōstituit Coza
telius.

*Mora Naues
quasdam sub
sidio aduentas
se Hispanis
cū equitibus.*

*Littere Chri
stophori de
Tapia Corte
sio presentant.*

*Destinat Res
ligiosum Cor
tesis vt adeat
Christophor
de Tapia.*

*Expedit quos
dam Cortesio
ad ciuitatem
Vere Crucis
vt Tapiam al
loquantur.*

nostris, partim quoniā post expugnationē Ciuitatis Temixtitan,
naues aduenerant, & adduxerant quosdam equites, paratos esse
iussi viginti quinque equites, & pedites centū, & quinquaginta, &
praefectū cum illis, ut irent ad dictū flumē, Et quū hunc praefectū
expedirem venerunt litterae a Ciuitate Veræ Crucis, ad portū illi
us aduenisse nauim, qua vehebat Christoforus de Tapia inuisor
fūdationū Insulæ hyspanæ. a quo sequēti die litteras accepi, quib⁹
significauit aduentū suum ad has partes eam ob causam fuisse, ut
earū regimen Maiestatis Vestrae nomine obtineret, & ad id habe
bat suas Regales cōmissiones, quarū copiam nullibi facere vole
bat, donec insimul colloqueremur, & eo instanti voluisset, quum
tamen haberet equos mari affictos, itinere se non cōmiserat, & me
rogabat, ut ordinē ponerē quomō cōuenire possemus, aut ille huc
veniēdo, aut ego illuc proficiscendo ad maris littora, & quū litte
ras suas accepi, illico responsum dedi, asserens me admodum ad
uentu suo lætari, & q̄ nullus aduenisse poterat Maiestatis Vestrae
mandato ad regimen istarū prouintiarum, quo plus gauderem,
partim ob cognitionē, quæ inter nos intercesserat, partim ob edu
cationem, & vicinitatem, quā habueramus insimul in Insula hy
spana, Et quoniā pacatio istarū prouintiarum non erat firma, &
solida, ut decebat, & qualibet nouitate ansam preberemus Incolis
prouintiarū ad studendū defectioni, & quū frater Petrus Malgere
io ab Vrea cōmissarius Cruciatæ interfuisset omnibus laboribus
nostris, & optime noscebat, quo in statu res hic versarent, & illi⁹
aduentus Maiestati Vestrae plurimū fuit proficiuus, & nobis aliis
illius doctrina, & consilium plurimum profuere, Illum obnixius
rogauī, ut laborem susciperet, & dictum Tapia allocutum profici
scretur, & inspiceret, prouisiones Maiestatis Vestrae, & postquā
ille melius quam aliquis cognoscebat, quæ facerent ad suū regale
seruitiū, & ad bonū omnium istarū prouintiarū, q̄ ipse constitue
ret cum dicto Tapia ea, quæ conuenirent, postquam cognoscebat
me in nullo deuiaturū ab eis, & in hoc eū rogauī p̄nte Maiest. Ve
stra Thesaurario, & ipse met idem iniunxit, & sic discessit profe
cturus ad ciuitatem Veræ Crucis, ubi dictus Tapia morabat, &
ut in dicta ciuitate, & vbicunq; dictus esset Tapia, omnia sibi ex
hiberentur, commodeq; exciperet, Expediui dictum patrem vna
cum duobus, aut tribus meis cōmilitonibus, & quū illi discessere,
prestolabar eorum responsum, & interim aptauī me discessui com
ponendo aliqua, quæ faciebant ad seruitium Vestrae Maiestatis,
& ad pacationem, quietemq; omnium istarum prouintiarum,

NDE ad decem, aut duodecim dies Iustitia, & regimē Ciuitatis Veræ Crucis, mihi scripserūt dictū Tapiā exhibuisse prouisiones Maiestatis Vestre, & Gubernatorū uorū suo Regali noīe, & ipsi paruerāt omni, qua decebat obseruātia, & quo ad executionē, responsum dederant, q̄ cum maior regiminis portio apud me hic esset, & interfuerāt oppugnationi Ciuitatis, ipsi eos certiores redderēt, ac omnes facerent, & ad implerent illud, quod plus conducere videbatur Maiestatis Vestre seruitio, & bono prouintiarum, & q̄ ex dicta responsione, dictus Tapiā aliquā conceperit displicentiam, & etiam tentauerat quedā scandalosa, Et quāuis illud multum displiceret, Illis respōdi rogando, & monendo, q̄ prius prospicientes Regale Maiestatis Vestre seruitium laborarent obsequi dicto Tapiā, & occasiōnem nō prēberent, q̄ aliqua oriretur dissensio, quoniam accingebam me itineri, ut illum conuenirem, & adimplerē Maiestatis Vestre mandata, & id facerē, quod concerneret Maiestatis Vestre seruitiū, & quū vellem iam discedere, & iter illius præfecti ad flumen Panuco abiecissē, quū (si ipse discederē) necessariū esset optimū ibi relinquere præsidium procuratores consilii istius Nouæ Mariæ Oceani Hyspaniæ monuerunt me maximis protestationibus, q̄ hinc non recederem, Quoniam a breui tempore Prouintia Te mixtitan, & Mexico reddita fuerant pacata, mea absentia seditonem facere possent, Vnde eueniret maximum damnū Maiestati Vestre, & inquietaret prouintia, & in dicta monitione alię plures causę, & rationes continebantur, quibus demonstrabant me impresentiarum non debere discedere ab hac Ciuitate, & dixere, q̄ ipse cum auctoritate consilii proficiscerentur ad Ciuitatem Veræ Crucis ubi erat dictus Tapiā, & inspicerent prouisiones Maiestatis Vestre, & mandata, & id agerent, quod Regali Maiestati Vestre conducere viderent, & quoniam nobis visum est ita oportere & dicti procuratores discedebant, eisdem litteras dedi ad dictū Tapiā significando ei ea, quę acta erant, & ipse committebam vices meas Condísaluo de Sandoual Maiori exequutori, Didaco de Sotto, & Didaco de Valdenebro, qui erant ibi in Ciuitate Veræ Crucis, ut meo nomine insimul cum Senatu illius, & vna cum procuratorib⁹ aliorū Senatuū viderent, exequerenturq; id, quod conduceret Maiestatis vestre seruitio, & bono prouintiarum, Illi enim erāt, & sunt tales, ut ita essent facturi, & quū peruenissent eo vbi dictus Tapiā erat, qui iam iter ingressus erat, & pater frater Petrus secum proficiscebatur, Monuerunt illū, ut reuertetetur, &

Que iustitia & regimē ciuitatis verę crucis de Tapiā significariunt.

Responsum Cortesij regēribus in ciuitate verę crucis trāsmissū.

Protestatio Cortesio facta a varijs noue Mariæ Oceani Hyspanię officialib⁹

Aliqui officiales ad ciuitatē verę Crucis proficiscunt.

Nomina illorum quibus Cortesij vices suas committit.

Exhibet man
data Christo
phorus de Ta
pia quib' ver
bis officis pa
rent.

Mauium ascen
dit Christo
phorus de Ta
pia.

Nota nouam
proditiōē in
Hyspanos ma
chinari

Aliquos ex cō
iuraris capit
Coztesius.

Nota nullam
Christophori
circūspectiōē

insimul reuersi sunt ad Ciuitatem Cempoal, & ibi dictus Christo
phorus exhibuit mādata. & prouisiones Vestrae Maiestatis, quib'
oēs obedientiā ea reuerentia, qua Maiestati Vestrae parere debet.
exhibuere ad ea tamen executioni demādanda Maiestati vestrae
supplicabant, quoniam id Maiestatis Vestrae seruitio conducere
maxime arbitrabantur rationibus, & causis in supplicatione con
tentis, quā conscripsere, ut latius ea gesta sunt, & procuratores,
qui veniunt ex noua Hyspania afferunt subscriptam manu Nota
rii publici, post multas monitiones hinc inde factas inter dictum
Tapiam, & procuratores, Iam dictus Tapia Nauim suam ascen
dit, quia ita facere monitus fuit, quoniam propter eius aduentū,
& mansionem in his prouintiis, & publicasse se Gubernatorē, &
Capitaneū harum prouintiarū aduentasse seditionem faciebant,
& Incolae e Mexico, & Temixtitan composuerāt cum istis prouin
tiis deficere, & proditiōem machinari, a qua euadere fuisse diffi
cilius, quā a prima, quae fuerat huiusmodi, quod aliqui ex Incolis e
Mexico ordinem dederant cum Incolis earum prouintiarum, ad
quas subigendas destinaueram Maiorem executorem, ut ad me
proficiscerentur maxima celeritate, & significarēt per littora vaga
ri decē & octo Naues magnis Copiis, & terrā non capere, & quia
gens amica esse non poterat, si vellem ipsi se accingerent, & mecū
eo proficiscerentur, mihi opem laturo, & ut fidem illis adhibe
rem Nauium formas papiro pictas ad me detulere, & quū hoc se
creto mihi nunciassent illico eorum animum agnoui, & fraudem
subesse, & circūuentiōē, ut me ab hac prouintia abducerēt, quia
cum aliqui ex primatibus audiissent me discessurum, & me nūc
in prouintia continerem, aliū ordinem adinuenerant, omnia secū
dissimulaui, & postea aliquos carceri mācipaui, qui hac machina
ti fuerant, Ita ut aduentus dicti Tapiæ, & non habere notitiā pa
triae, & Incolarū, maximam suscitauerit seditionem, & sua hic mā
sio maximo fuisset incommodo, ni deus remedium apposuisset,
& plus commodi contulisset Vestrae Maiestati, manere in Insu
la Hyspana, & praefermittere suum huc aduentum, & prius Ma
iestatem Vestrae consulere, & eidem significare, quo instatu essent
res harum prouintiarum, postquā hęc omnia nouerat ex Nauibus,
quas ad dictam Insulam Hyspanam transmiseram ad subsidium
euocandum, & luce clarius cognoscebat, iam remedium appositū
scandalo, quod euenerat aduentu Classis Pamphili de Naruaez,
per ea potissimū, quae per cōsiliū, & regimen Maiestatis Vestrae
constituta fuerant, & eo maxime, quia ab admirante, Iudicib9, &

officialibus Maiestatis vestrae, qui residet in dicta Insula Hispana, multoties prelibatus Tapia monitus fuerat non daret operam transfretandi ad has prouintias, nisi prius Maiestas Vestra certa fieret omnium, quae in illis euenissent, & ob id aduentum suum sub penis quibusdam inhibuere, qui modis quibusdam, quos secum tenuit, potius considerans suum particulare interesse, quam id, quod seruitio Maiestatis Vestrae conduceret, tantum effecit, ut inhibitionem iam dictam sui aduentus reuocauerint, Maiestati Vestrae omnia retuli, quando dictus Tapia ab hiis Oris discessit, ea procuratores, & ego non fecimus. Ipse enim Idoneus nostrarum litterarum exhibitor, non videbatur & etiam ut Maiestas Vestra cognoscat, & credat, quod in non recipiendo dictum Tapiam Maiestas Vestra commodum maximam consecuta est, ut latius quando, & quotiens necesse erit demonstrabitur.

Mora officiales insule Hispanae subhibuisse Christophoro Tapia a ne ad has partes veniret



TAPITE quodam anteriori Maiestati Vestrae significauimus, qualiter praefectus ille, quem destinaueram ad subigendam prouintiam Guaxaca, eam pacatam obtinebat, ibique praestolabatur quid illi essem mandaturus, & quoniam eo indigebam, quem esset locutenens, & Iudex in Ciuitate finium Securitatis, illi litteris iniunxi, ut octuaginta illos pedites, & decem equites, quos secum habebat Petro de Aluarado consignaret, quem destinabam ad deuincendam prouintiam Tatutepeque, quae distat per quadraginta leucas a prouintia Guaxaca, prope Mare Australe Indicum, & Bellum inferebant, & damna intollerabilia hiis, qui se subdiderant Vestrae Maiestati, & incolis prouintiae Tetutepeque, quoniam nobis promiserant, nos per eorum prouintiam proficisci ad detegendum Mare Australe Indicum, & dictus Petrus de Aluarado discessit ab hac Ciuitate ultima die Ianuarii, Instantis Anni, & comitantibus militibus, quos hinc abduxit, & illis, quos recepit in prouintia Guaxaca, in unum conuenere quadraginta equites, & ducem pedites, Inter quos erant quadraginta paxidibus, & Balistis veteres, & duo erant illis parua caestria tormeta, & inde ad dies viginti litteras accepi a dicto Petro de Aluarado, qualiter erat in itinere ad dictam prouintiam Tatutepeque, & me certiore faciebat, se captiuos habuisse quosdam exploratores, dictae prouintiae Incolas, & quem ab eis informationem cepisset, illi retulerant, Dominum Tetutepeque una cum illius Copiis eum in campis praestolari, & ibat ea sententia, ut omnia eidem possibiliter efficeret, ut pacatam redderet eam prouintiam, & ad hoc ultra Hispanos secum edducebat plures, & bellicosos homines, & cum maximo desiderio huius nego-

Mora pacationem prouintiae Guaxaca & mandata polliceri sunt exequi.

Discedit Petrus de Aluarado cum militibus ad prouintiam Tetutepeque subiugandam.

Mora Petri de Aluarado animi in negotio sibi precepto conueniendo.

Litteras acci-
pit Corte sius
a Petro de
Aluorado & q̄
gesserit eisdē
significat.

Quā proditi-
onē cōtra Pe-
trū de Aluara-
do & socios
Dachment
Indi.

Possessionē
Daris acci-
pit Petr⁹ de
Aluorado La.
Da. nomine.

Duas constru-
endas curat
Carauellas &
Bergantinos
duos Corte-
si⁹ ad detegen-
dū nouas ter-
ras.

tii euentū expectarē, die quarta Martii presentis Anni litteras ac-
cepi a dicto petro de Aluorado, quibus mihi significabat se pro-
uinciam ingressum, & q̄ tres, aut quatuor Coloniae eidem obliste-
re ausae fuerant, in obsistendo tamē non permāserant, & ingress⁹
fuerat Ciuitatē Tatutepeque, & secundū ea, quae apparuerant,
fuerat optime receptus, & dominus illius voluerat, hospitaretur
in quibusdā suis magnis domibus, quae coopertae erant palea, &
& quū esset sita loco non admodū condecēti pro equitibus, eas
habitare noluerat, Sed descendere ad aliā Ciuitatis partem, quae
erat planior, & etiā ideo id fecerat, quia ad aures eius deuenerat,
illos constituisse ipsū, & vniuersos socios eius velle eo pacto inter-
ficere, & q̄ cū Hyspani essent in illis domib⁹, q̄ erāt amplissimae, et
isdē ignem iniicerent, & omnes cōburerent, & cū deus illi hoc ne-
gotiū detexisset dissimulauerat, & secū in planiorē locum adduxe-
rat illius Prouinciā dominū, & filiū suū quos tenuerat, & eos ha-
bebat in potestate sua tanq̄ captiuos, & ipsi cōcesserant eidē vltra
viginti quinque milia Castellanorū, & arbitrabatur ut relatione illi-
us subditorū audiuerāt illū maximū obtinere Thesaurū, & q̄ om-
nis illa prouincia erat ita pacifica, ut nihil supra, & habebāt suas
Nundinas, & cōmertia, ut prius facere cōsueuerāt, & illā prouin-
ciā assererat esse ditissimā aurifodinis, & quod eo presente inditia
extraxerāt, q̄ mihi trāsmisit, & q̄ per dies tres aut quatuor progress⁹
fuerat ad mare, & illius possessionē Maiestatis Vestrae nomine ac-
ceperat, & in illius presentia extraxerāt Gemmarū inditiū, quod
similiter mihi trāsmisit, quod vna cū inditiis aurifodinarū Maie-
stati Vestrae destino,



VVM deus omnipotens Negotiū hoc optime dirige-
ret, & adimplebatur desideriū, quo ardeo ad Maiesta-
ti Vrae inseruiendū in hoc Australi Mari Indico detegen-
do, cū res sit tanti momēti, diligētissime puidi, q̄ in vno
ex locis trib⁹, ubi Mare detexi, duae mediocres cōstruūt Carauellae
& duo Bergantini, Carauellae erunt ad detegendū, & Bergantini
ad legēda littora, & ad hoc destinaui duce quodā homine diligē-
ti quadraginta Hyspanos, inter quos sunt Magistri, & fabri li-
gnarii littorū, & tabularū magri, & fabri ferrarii, & hoīes Mari
versari soliti, & parari iussi in Ciuitate Verē Ctucis p clavis, velis,
& aliis facientibus ad dicta duo Nauigia, properabimus quan-
tū nobis fuerit possibile, ut perficiantur, Aequori committantur,
Quod perfectum opus credat Maiestas vestra, erit maior res, &
ex qua maius commodum Maiestati Vestrae redundabit, quā ex

L

ra aliqua, quæ euenerit, postq̃ Indorū loca repetta sunt,



VVM essem in ciuitate Tesayco, anteq̃ ab ea exirem, ut obsidione cingerem Ciuitatem Temixtitan cōponendo, & dirigendo ea, quæ erant oportuna ad dictā obsidionem, curā non adhibens ad illi, quæ per quosdam machinabant, ad me profectus est vnus, qui ea intererat proditori, & me certiorē reddidit, amicos aliquos Dydaco, Velazquez, cōmilitones meos mihi parasse proditiōē, ut me interimerent, & iam inter eos elegerant præfectū, prætorem, & alios officiales, & omnino prouiderē de remedio, postq̃ videbat, q̃ vltra scandalū inde successurū in personā meam, certū erat nullū Hyspanū posse euadere, quū essemus alter alteri contrarii, & q̃ propterea non solum hostes paratos inueniremus, sed etiam illi, quos nobis amicos arbitrabamur, laborarent, ut nos omnes ad vnum interficerēt. Quāprimū tam magnā proditiōem detectam conspexi, gratias Deo opti. Maximo egi, quoniā in eo omne versabat remediū, & illico capiendū curauī ex illis vnū, qui erat auctor, qui suas sponte factus est, q̃ ipse constituerat, composueratq̃ cū multis, quos in sua confessione nominauit, ut me interficerēt, aut caperent, & capere regimen prouintiarū pro Didaco Velazquez, & veritas erat illū constituisse creare præfectū, & Iudicem Maiorē, & ipse esse debebat Maior executor, & me aut interficere, aut capere debebāt, & in hoc cōuenerant multi, quos descripsit in copia quadā, quæ in uēta est in sua habitatione, q̃uis lacerata, cū aliquibus ex dictis, quos ipse nominauit, cū quibus prædicta tractarat, & non solum hæc acta fuerāt, & consulta in Ciuitate Tesayco, sed illa iam in cœperant, & tractarant, dū incūberemus bello prouintia Tepeaca, & visa illius confessione, qui nominabatur Antonius de Villafañna, qui oriundus erat e Zamora, & quū eam ratā habuisset, Iudex quidā, & ego illū morte dignū iudicauimus, & ita executū est in illius personā, & q̃uis in hoc cōperierimus plures conscios, dissimulaui secū amicabiliter agendo, quia cū casus mihi pertineret (q̃uis apti⁹ dici posset Vestre Maiestati) nolui cōtra eos rigore se procedere, quæ dissimulatio non multū profuit, quoniā postea aliqui factionis dicti Didaci Velazquez quæsiuere aduersus me pluries insidiari, & secreto multos mouere tumultus, & scandala, ut plus mihi cauendū fuerit ab illis, quā a nostris hostibus, Deus tamen omnipotens ita direxit omnia, q̃ absq̃ aliqua in eos anim aduersione, omnis est inter nos tranquillitas, & requies, & si impoterū aliquid audiero, in eos animaduertā, pro ut dictabit iustitia,

Nota aliquos Hyspanos Didaco Velazquez amicos in Cortesium voluisse conspire.

Capi subter Cortesius auctorem conspirationis in illum facte.

Nomē auctoris cōspiratiōnis & ex qua patria fuerit oriundus.

Sollicetur se post hæc Cortesius conspires pena vel leafficere.



POTENTISSIME DOMINE, VESTRAE
 Cæsareæ Maiestati Relationē facit Ferdinandus
 Cortesius illius Præfectus, & iustitia Maior in hac
 Noua Maris Oceani Hyspania, quemadmodū
 Vestra Maiestas inspicere iubere poterit, Nos enim
 Maiestatis Vestræ Officiales tenemur omnia re-
 ferre, & computum dare de omnibus, quæ euenere in his parti-
 bus, & in his litteris omnia transmittuntur & ea est mera veritas,
 & propterea non est necesse, ut nos diffusius scribamus, Sed om-
 nia Relationi dicti præfecti remitemus.

Inuietissime, ac Catholice Domine, Deus omnipo-
 tens Vitam, & Regalem Maiestatis Ve-
 stræ personam, & potentissimum
 Statum conseruet, auge

atq; cū incre-
 mento

ma-

iorū Re-

gnorum, Dominio

rumq; ut Regale cor-
 suum deside-

rat,

Ex Cuyoacan, die Decimaquinta Mensis

Maii, M. D. XXII,

Potentissime Domine Vestræ Cæsareæ Maiestatis
 Humiles serui, & Vasalli, qui Regales Maiestatis
 Vestræ Pedes, & manus deosculantur,

Iulianus Alderete, Alphonfus de Grado, Bernardinus Vaz-
 quez de Tapia.



Impressum In Imperiali
 Ciuitate Norimberga,
 Per Discretum, & proui-
 dum Virum Fædericū
 Arthemesium Ciuem
 ibidem, Anno Vir-
 ginei partus Mil-
 lesimoquingente-
 simo vigesimo
 quarto,

ERRATVLA IN HOC VOLVMINE

¶ Folio. Facie. Linea.

Secūdo, secūda, vltima, post Maiestatis deest Vestrae,
Tertio, prima, xx, Ciuitais pro Ciuitatis,
Ibidem & eadem linea, prouintarū pro prouintiarum,
Eodem, secūda, xxii, post prouintiarū deest proficisci,
Quarto, prima xiiii, Cacunnue, pro cacumine,
Sexto, prima, octaua, eiuitate pro ciuitate,
Ibidem, eadem, vndecima, no pro non,
Octauo, prima, vndecima cuidam pro Cuiusdam,
Vndecimo, prima, decima, pedites pro Equites,
Ibidem eadem facie dicit manibus pedibusq; equorū, Non vide
atur insulsum dixisse manibus equorū, quoniam Hyspani pedes
equorū anteriores, manus appellant,
Tredecimo, secunda, xviii. collocatae pro Collocati,

Inuenies praeerea Lector optime, litteram
pro littera, transposita quoq; & multa
in imprimendo errata, & fortassis
plura, quae tibi Crassa vides
buntur, Indulgeas velis
quia Narratio de
verbo ad ver-
bū. & clau-
sula
ad clau-
sulam Versa
est. Speraſ tamen
Te Stilum alium ante
Annum eodem Authore visurum.

ANNUAL REPORT OF THE

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into several paragraphs or sections, but the specific words and numbers are not discernible.



